

En un mot, Mons. Hryniewiecki par son séjour à Vilna ne s'est attribué en aucune manière à calmer les esprits, mais à les échauffer davantage. Plaise à Dieu que les visites pareilles ne se répètent à jamais.

Votre très humble et très dévoué serviteur ose présenter ses sentiments d'hommage et de plus grand respect

Joseph Wojtkiewicz⁷¹³
Chapelain de Monseigneur l'évêque à Vilna

(1) Voir: "Dziennik Wileński" nr 124.

N. 1191

Sigismundus Łoziński, epus Minscensis
Achilli Ratti

Minsci, 30 IX 1919.

Rogans extensionem facultatum ad dispensandum in negotiis conjugibus (agitur de impedimentis), expetit decisionem in quaestione magni numeri stipendiorum manualium, quae ad Sedem Apostolicam mittere intendit.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 93r-v (N.prot. 615).

Monseigneur,

J'ai oublié de Vous demander, si les facultés que Vous m'avez envoyées pour le temps, où la communication avec le Saint Siège sera impossible, durent encore et si j'ai le droit d'en user sans m'adresser à Vous dans les cas singuliers^{a)}. Quatenus négative, j'ai l'honneur de Vous demander, Monseigneur, la permission de bénir (par délégation) un mariage non obstant afinity in primo gradu lineae collateralis.

J'ai à peu près 20000 de messes que nous ne pouvons pas célébrer. Les aumônes sont différentes, mais petites en général. Je voudrais les mettre en disposition du Saint Siège, mais je ne sais guère de quelle manière je pourrais envoyer l'argent^{b)}.

Pour ne pas perdre le temps, ayez la bonté de répondre aux questions que je pose viva voce par le R.P. Alphonse qui Vous remettra cette lettre^{c)}⁷¹⁴.

⁷¹³ Iosephus Wojtkiewicz (Vaitkevičius), cfr. ANP LVII/1, notam 421, p. 190.

⁷¹⁴ Cfr. N. 1250.

Veillez agréer, Monseigneur, l'expression de mon respect et du dévouement sincère avec lequel je reste Votre serviteur in Christo

† Sigismond Łoziński, évêque de Mińsk

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta*: ricorrere nei singoli casi, intanto concessa facoltà di dispensare per 5 casi.

b) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta*: per la prima sicura occasione.

c) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta*: Il Nunzio non ha mai visto p. Alphonso.

N. 1192.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 30 IX 1919.

De epo Vladislao Bandurski ad Polonos in Brasilia degentes visitandos suadet, ut auctoritates Polonicae se hac in re ad Sedem Apostolicam convertant, quae certo nulla impedimenta motura est.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 54r N° 97031 (N.prot. 677).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Mi sono regolarmente giunti i rapporti di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma, N° 357 e 378, rispettivamente in data 11 e 14 corrente⁷¹⁵ e contenenti interessanti notizie.

La ringrazio di quanto ella mi riferiva in detti rapporti e non mancherò di tenerne buona nota. Quanto all'allontanamento di Mons. Bandurski da Leopoli, non vedo come potrebbe interessarsene Mons. Nunzio di Vienna⁷¹⁶, che non ha alcuna giurisdizione su detto Prelato, e non credo neppure conveniente che la Santa Sede agisca direttamente.

Relativamente all'invio di Mons. Bandurski nel Brasile per visitarvi la colonia polacca, l'incarico dovrebbe essergli dato da codesto Governo, e la Santa Sede non avrebbe nulla in contrario. Se ella quindi lo riterrà opportuno, potrebbe farne opportuno suggerimento a chi di ragione.

Profitto volentieri dell'incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima di V.ra Signoria Ill.ma aff.mo per servirla

(a-P. Card. Gasparri-a)

a-a) *Manu propria.*

⁷¹⁵ Cfr. N. 1113 et N. 1123.

⁷¹⁶ Aepus Theodorus Valfrè di Bonzo, cfr. ANP LVII/1, notam 189, p. 99.

N. 1193.

**Iosephus Bilczewski, aepus Leopoliensis ritus Latini
Achilli Ratti**

Leopoli, 30 IX 1919.

Nuntiat epum Bandurski Leopoli commorari et malos rumores de vexationibus suis ex parte episcoporum disseminare. Subiungit Consilium Episcoporum litteras hoc in negotio ad Sedem Apostolicam missurum esse. Significat se mox litteras suas ad epos orthodoxos ei esse missurum.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 45r-46r (N.prot. 496).

Excellentissime, Rev.me Domine,

Summas Excellentiae Vestrae ago gratias de facultate obtenta a S. Sede consacrandi Olea Sacra, nec non de litteris benigne ad me die 16 Septembris a. c. N. 391 missis⁷¹⁷.

Notus obex⁷¹⁸ nondum recessit, sed gaudens protectione socialistarum, manet ulterius Leopoli, immo querelis suis, quibus se proclamat victimam invidiae episcoporum, etiam bonos catholicos ducit in errorem.

Cum Gnesnae in conventu episcoporum statutum fuit, ut in eius causa agat Commissio episcoporum, quae constituetur ex episcopis: Dalbor, Karkowski, Teodorowicz, Sapieha, Przeździecki, putamus (Teodorowicz, Sapieha, qui heri apud me Leopoli erant), ut supplices litteras ad Summum Pontificem mittant dicta membra Commissionis episcoporum⁷¹⁹. Res est urgentissima. Episcopi dicti proxima hebdomade convenient Varsaviae et cum Excellentia V.ra Rev.ma de ulteriori modo procedendi agent.

Episcopi orthodoxi: Antonius, Eulogius, Nicodemus ante plures hebdomades miserunt mihi litteras, quibus nuntiaverunt se Leopolim praetergredi in patriam suam redeundo, simulque gratias cordiales mihi dicebant de benevolentia ipsis ex mea parte manifestata. Litterae scriptae sunt in lingua Germanica. Copiam earum brevi Excellentiae V.rae mittam⁷²⁰.

Utör felici occasione, ut Excellentiae V.rae pandam sensa profundissimae venerationis, humillimus in Christo

Iosephus Bilczewski
Aepus Leopoliensis

⁷¹⁷ Cfr. N. 1134.

⁷¹⁸ Epus Vladislaus Bandurski.

⁷¹⁹ Cfr. A. 5, 46 punctum "Protocolli".

⁷²⁰ Cfr. N. 1208.

N. 1194.

Achilles Ratti**Romualdo Jałbrzykowski, epo auxiliari Sejnensi**

Varsaviae, 2 X 1919.

Rogat episcopum, ut se in oppidum Sejny conferat et - petente nuntio - epo Sejnensi Antonio Karaś iubeat, ut: 1) se deinde una cum seminario dioecetano et sacerdotibus Lithuanis ex Sejny Mariampolim transferat, ut ita partem Lithuanam eiusdem dioecesis praeparet, regimen autem partis Polonae dioecesis, quae seminarium clericorum in oppido Łomża possidebit, epo Romualdo Jałbrzykowski, tamquam vicario generali, concedat; 2) invitat Sejnas ecclesiasticos Polonos, ut ita nonnihil benevolentiae inter fideles consequi eisque curam et tutelam pastoralem securas faciat; 3) apud auctoritates ecclesiasticas et publicas communem protectionem thesauri cathedralis et pretiosorum ecclesiasticorum petat, ut ita episcopus ab accusationibus et responsabilitate liberetur.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 72r-v N.prot. 504.

Excellentissime Domine,

Rogo Excellentiam Tuam^{a)}, ut pro sua charitate et pro suo zelo in Dei gloriam et animarum salutem, pro sua erga Sanctam Sedem filiali pietate adiutorium suum mihi praestet, quatenus Sejnum, cum primum licebit, adeat, Excellentissimum D.num Epum Karaś conveniat eique tria haec, quae sequuntur, nomine meo (confidentialiter tamen et ita ut interventus mens nemini innotescat) dicas ab eoque enixe expetas.

1. Ex certissimis documentis et relationibus scio gravia incomoda et pericula imminere, si et ipse maneat Sejnensis et si Seminarium iterum Sejnensis aperiatur, revocatis ibidem professoribus et iuvenibus Lituaniis. Rogo Excellentissimum Epum Karaś, qui iam se cum Seminario transtulerat ad urbem Mariampol, ut in eandem urbem cum Seminario ipso et cum presbyteris notorie Lituane sentientibus iterum redeat. Tali modo et melius et securius providebit Lituanae portioni dioeceseos; et Excellentia Tua providebit ut Auxiliaris et Vicarius Generalis portioni Polonicae, Seminario in urbe oma constituto; credo enim in hisce temporibus adiunctis necesse omnino esse, ut in urbe Sejnensi nullum sit Seminarium.

2. Item ex iis, quae mihi certo constant, ad vitandas turbas et fortasse violentas res rogo Excellentissimum D.num Karaś, ut saltem tres vel ad minimum duos presbyteros Polonos advocet Sejnum; sic enim aliquantulum re-

conciliabit sibi populum et curae animorum providebit. Si autem eum redeat hoc facere, poterit ipsa Excellentia Tua facere, postquam Excellentissimus Karaś abierit.

3. Inquirat etiam perquam cautissime Excellentia Tua, utrum (ut dicitur) periculum aliquod immineat thesauro Ecclesiae Cathedralis Sejnensis, quasi Lituani velint pretiosiora inde asportare, et insinuet, quam periculosum hoc esset pro Episcopo, qui responsalis certe haberetur et subtractionis dispersionisque accusaretur. Mea quidem sententia deberet ipse Episcopus invocare ab auctoritatibus localibus pacificam appositionem sigillorum (Epi Capit. et Civit.), quorum inviolabilitati specialis custodia invigilet. Hoc modo pericula ex quacunq[ue] parte arcentur et responsabilitas Episcopi liberatur.

Ex iis, quae mihi relata sunt, credo urgentissimam esse necessitatem, ut Excellentia Tua statim interveniat et haec, quae supra innuens scripsi, pro sua prudentia et charitate insinuet, persuadeat, et in effectu obtineat. Deberet iam hoc ipsum Excellentissimus Karaś persuadere, quod necessarium donerim hominem expresse mittere.

Omen bonum mihi est festum Angelorum Custodum et Angelum Tuum Angelumque Excellentissimi D.ni Karaś enixe precor, ut custodiant, ducant, et sanctis ac salutaribus inspirationibus adiuvent⁷²¹.

Gratias Tibi agens pro bono et charitativo opere, obsequia mea Tibi exhibeo et orationibus Tuis me commendo, add.mus in Domino

Achilles Ratti
Nuntius Apostolicus

^{a)} *In margine legitur adnotatio: Personalis et confidentialis.*

N. 1195.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 2 X 1919.

Nuntiat de unione trium factionum operariorum: unius christiano-democraticae et duarum christiano-nationalium, earumque in unicam factionem operariam-christianam-nationalem coniunctionem. Animadvertit hoc modo spiritum catholicum in motus operarios introductum esse et benedictionem summi pontificis eiusmodi novae operariorum factioni concedi exposcit.

⁷²¹ Cfr. N. 1198.

Autogr.: AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3, f. 84r N.prot. 505 (N° 98284).

Eminenza,

A' primi del Settembre p. p. ebbe luogo a Cracovia una grande riunione del "Partito operaio cristiano-democratico" del "Regno", del "Partito operaio cristiano nazionale" di Posnania e dell'omonimo partito di Galizia e fu in piena concordia deliberata la fusione dei tre in un solo "partito operaio cristiano nazionale"; con rappresentanze dei paesi polacchi orientali. La presidenza secondo il deliberato della riunione mi inviava un telegramma esprime i devoti sentimenti dei riuniti verso la Santa Chiesa Romana ed il Santo Padre⁷²²; telegramma al quale risposi subito come il caso portava, dicendo bensì che ne avrei fatta comunicazione alla Eminenza V.ra Rev.ma⁷²³, ma senz'or impegnarne ulteriore risposta, non sapendo bene di che si trattasse quanto a' principî e non pienamente rassicurato alle prime indagini qui fatte. Solo in questi ultimi giorni ho potuto avere autorevoli assicurazioni così sulla serietà ed importanza come sul buono e cattolico spirito della cosa; così che oso pregare l'Eminenza V.ra Rev.ma di volermi favorire un grazioso telegramma con una parola di gradimento ed una Benedizione da parte dell'Augusto Pontefice⁷²⁴.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo, obl.mo servo

A. Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1196.

Achilles Ratti
sac. Ludovico (Aloisio) Maglione, ablegato Sedis Apostolicae in
Helvetia

Varsaviae, 2 X 1919.

Salutem dicens ablegato apostolico post eius ex feriis reditum, refert de secretarii sui Romam itinere et petit informationes de futuro Magnae Britanniae Varsaviae legato.

Cop. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 194 f. 40r N.prot. 506.

⁷²² Cfr. N. 1103.

⁷²³ Cfr. N. 1106.

⁷²⁴ Cfr. N. 1273 et N. 1277.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Dandole, seppur tornata, il "bentornata" più cordiale, Le invio e raccomando questo mio 1919/52. Attendo ormai d'ora in ora il mio segretario Mons. Pellegrinetti che, partito di qui il 28 Agosto, doveva essere di ritorno nei primi di Ottobre⁷²⁵. È possibile che gli abbian dato qualche commissione anche per Berna; ne sarei lieto per le notizie di prima mano che anche da Berna mi potrebbe portare.

Mi si assicura che verrà a Varsavia in qualità di Ministro Plenipotenziario per l'Inghilterra il signore ... (nessuno sa dirmene il nome) che nella stessa qualità è stato finora a Berna. Forse Ella può dirmene qualche cosa: gliene sarei obligatissimo.

Con grato animo me Le professo dev.mo

A.Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1197.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 2 X 1919.

Edocet secretarium status de conatibus ad episcopos orthodoxos liberos dimittendos et de aepe Eduardo de Ropp e custodia Moscovitica liberando. Significat difficilem condicionem nationalem in territoriis ad confinia positis et refert de mutuis incriminationibus Polonorum, Germanorum, Lithuanorum, Ucrainensium, praesertim autem ecclesiasticorum utriusque partis, et suggerit amotionem quorundam episcoporum. Subiungit etiam in dioecesi Kielcensi iterum exoriri tumultus, a socialistis concitatos.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 194 f. 320r-v N.prot. 507.

Eminenza,

Non appena ricevuto^{a)} il venerato suo telegramma non cifrato del 12 settembre 1919⁷²⁶, ho subito chiesto e a Cracovia e a Leopoli le desiderate in-

⁷²⁵ Ermenegildus Pellegrinetti Varsaviam rediit die 4 Octobris. Plura de ipsius itinere vide apud Natalini, *I diari*, p. 223-237.

⁷²⁶ Cfr. N. 1124.

formazioni⁷²⁷, saprai tre vescovi ortodossi Antonio, Eulogio e Nicodemo, che sapevo da poco tempo partiti da Bielany di Cracovia presso i P.P. Camaldolesi, dove erano stati molto bene ospitati con molto da loro stessi espressa soddisfazione e gratitudine.

Nessuna notizia ho potuto avere né da una parte né dall'altra se non che i tre vescovi volevano portarsi presso il generale Denikin⁷²⁸.

Già scrissi^{b)} all'Eminenza V.ra Rev.ma, accennando a pratica avviata con questo Governo per la liberazione di Mons. de Ropp sempre detenuto come ostaggio a Mosca⁷²⁹. A richiesta di questo medesimo Governo polacco mi rivolsi con un radiotelegramma al Ministro degli Esteri Cziczzerin, pregandolo di quella liberazione come (dicevagli) pregherebbe un figlio pel padre⁷³⁰. Mi rispose subito in forma molto cortese, dichiarandosi ben disposto, ma chiedendomi ottenessi dalla Tariba il libero passaggio per la Lituania a Radek e Axelrod detenuti a Berlino e di cui era convenuto lo scambio con detenuti tedeschi in Russia; scambio che si farebbe sulla linea russo-lituana e nel quale sarebbe compreso anche Mons. de Ropp⁷³¹. Data la natura pericolosissima dei due nominati e noti propagandisti bolschevichi, dubito molto che la cosa possa aver buon esito per questa via: non ho però abbandonato la pratica.

Su tutti i confini^{c)} sono continue querele da parte de' polacchi contro tedeschi, lituani, ruteni e specialmente contro i rispettivi cleri; e da tutte le nominate parti contro i polacchi e particolarmente contro i preti polacchi dovunque accusati di esagerato nazionalismo proprio come i polacchi ne accusano i preti ed i vescovi delle nazionali contigue. Disgraziatamente è da credere che le accuse non mancano di verità né da una parte né dalle altre, sebbene siano troppo sistematiche e stereotipe per essere prese alla lettera. Sono frequentissimi i promemoria che mi si spediscono o mi si lasciano da delegazioni e commissioni (anche ieri una di circa venti tra contadini e signori di Suwałki) che vengono a chiedere la rimozione di sacerdoti⁷³², non senza talvolta insinuare la traslazione di Vescovi (Breslavia, Varmia, Vilno, Sejny). Le cose sono più tese che mai a Vilno ed a Sejny; sto appunto cercando modo di diminuire la tensione; non dispero di ottenerlo con la grazia di Dio: informerò la Eminenza V.ra Rev.ma.

Anche in diocesi di Kielce^{d)} sono di nuovo molte e dense nubi. Qui non sono le querele nazionalistiche; ma i malcontenti che sempre più constato essere di quasi tutti verso il vescovo e i tentativi di chiesa nazionale fomentati da' socialisti. Avviso, prevengo e consiglio il vescovo come meglio so e

⁷²⁷ Cfr. N. 1127 et N. 1128.

⁷²⁸ Cfr. N. 1193.

⁷²⁹ Cfr. N. 997, N. 1082 et N. 1088.

⁷³⁰ Cfr. N. 1116.

⁷³¹ Cfr. N. 1131

⁷³² Cfr. *exempli gratia* N. 1186.

posso, ma sono sempre in gran timore che le cose vadano peggiorando e non forniscano bene⁷³³

Con ogni ossequio ecc.^{e)}

a) *In margine adnotatio*: 1. I vescovi

b) *In margine adnotatio*: 2. Mons. de Ropp.

c) *In margine adnotatio*: 3. Querele su tutti i confini.

d) *In margine adnotatio*: 4. Kielce

e) *Subscriptio nuntii Achillis Ratti deest.*

N. 1198.

Romualdus Jałbrzykowski, epus auxiliaris Sejnensis Achilli Ratti

Łomżae, 2 X 1919.

Certiozem eum reddit se Sejnas proficisci, ut commissa sibi officia conficiat, eisque confectis accuratam adimpleti sui muneris scribat relationem.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 74r (N.prot. 511).

Excellentissime Domine!

Statim cras iter in urbem Sejny arripiam, ut omnia, quae mihi ab Excellentia V.ra benigne commissa sunt, Deo adiuvante adamussim exsequi et adimplere possim⁷³⁴. Post reditum in urbem Łomża singula, quae Seinis peracta sunt, per epistolam aut specialem nuntium Excellentissimo D.no referam⁷³⁵.

Summa cum reverentia hum.mus in Christo servus

† Romualdus Jałbrzykowski, epus auxiliaris

⁷³³ Cfr. N. 1168, N. 1169, N. 1183 et N. 1187.

⁷³⁴ Cfr. N. 1194.

⁷³⁵ Cfr. N. 1214.

N. 1199.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 2 X 1919.

Mandat nuntio, ut praepositam Refugii ("Przytulisko") certiore faciat Sanctum Patrem expetitam specialem benedictionem apostolicam pro "Sanatorio S. Ioseph", quod in Kozienice fundatur, concessisse.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 87r N° 97117 (N.prot. 678).

Min. (ms.): AV, Segreteria di Stato 1919, R 233 fasc. 3, f. 53r.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Non ho mancato di umiliare al Santo Padre la supplica contenuta nel rapporto di V.ra Signoria Ill.ma N° 326, in data del 5 settembre u. s.⁷³⁶, e tendente ad ottenere una speciale Benedizione Apostolica per il "Sanatorium di S. Giuseppe" che si sta fondando in Kozienice, per le Religiose che vi presteranno servizio, per i benefattori e promotori, e per gli infermi che verranno ivi ricoverati.

Avendo il Santo Padre accolto favorevolmente l'anzidetta supplica, interesse V.ra Signoria a partecipare questa grazia alla Superiora di "Przytulisko"⁷³⁷ e volentieri approfitto dell'incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima *etc.*

P. card. Gasparri

N. 1200.

Sac. Vincentius Błazewicz, presbyter dioecesis Sejensis
Achilli Ratti

Łomża, 2 X 1919.

⁷³⁶ Cfr. N. 1089.

⁷³⁷ Praeposita "Refugii" de accepta benedictione apostolica per litteras nuntii Achillis Ratti ad sac. Eusebium Brzeziewicz 23 X 1919 datas, N.prot. 692, quod separatim non divulgatur, certior facta est; exemplar huius scripti (ms.) servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 88r.

Explicat causas et circumstantias dissidiorum et discordiae inter Polonos et Lithuanos in oppido Sejny exortae et proponit remedia ad animos dissidentium pacandos et concordiam inter eos redintegrandam.

Autogr.: AV, Arch. Nunz. Vars. 206 f. 547r-548v.

Excellentissime Domine,

Cupiens quamprimum voluntati Excellentissimae Dominationis Tuae satisfacere honori mihi duco, sequentes animadversiones in re dissidiorum inter Polonos et Lithuanos in urbe Sejny exorta in scriptis transmittere.

Gravissime mihi persuasum est principalem causam discordiarum plerosque sacerdotes Lithuanos in urbe Sejny et vicinis parochiis degentes esse, qui spiritu politico-nationali (vulgo: schovinistico) imbuti, qualibet data occasione, Lithuanos contra Polonos excitant, ipsosque Polonos provocant et variis molestiis eos afficiunt. Praecipui motores (vulgo: agitateurs) politico-nationales sunt sacerdotes: Łaukajtys, Narjewski⁷³⁸, Siwicki⁷³⁹, Wajłokajtys⁷⁴⁰, Totorujtys⁷⁴¹, Łostowski⁷⁴², Gałęcki, Piotrowski, Iuozajtis, Iuodvirszis, Sabestanis etc. Quidam eorum, uti Iuozajtis et probabiliter Gałęcki, etiam in pugnis militaribus partem habuerunt.

Hac agendi ratione sacerdotum Lithuanorum excitati et indignati Poloni gravissime, cum luctu et gemitu, contra suos patres spirituales queruntur et passim ad iniuriam eis inferendam procedunt, uti factum est in Berzniki, ubi Poloni parochum Łostowski ex parochia expulerunt.

Nec minus principalis causa dissidiorum inter Polonos et Lithuanos in urbe Sejny videtur esse. Ipse Epus Sejnensis Antonius Karaś, qui parti Lithuanae permultum favens, perspicaci notitia rerum destitutus, suisque consultoribus: Totorajtys, Narjewski, Żaukajtys totaliter fidens, permittit sacerdotibus tumultuosos conventus hominum (vulgo: wiece) instituere et in eis animos audientium contra Polonos stimulare, uti in urbe Sejny die 2 Iulii 1919 factum est.

Episcopum Karaś fovere Lithuanis in fraudem Polonorum patet ex eo, quod sacerdotes Polonos, in urbe Sejny laborantes, in remotiores partes

⁷³⁸ Sac. Georgius Narjewski, natus a. 1876, presbyter dioecesis Sejnensis, presbyteratus ordinem accepit a. 1899, ab a. 1907 fuit cancellarius (secretarius) in Consistorio Sejnensi.

⁷³⁹ Sac. Antonius Siwicki, a. 1872 natus, sacerdos ordinatus est a. 1896, ab a. 1906 vicarius in ecclesia cathedrali Sejnensi et magister religionis.

⁷⁴⁰ Sac. Iosephus Wajłokajtis (Vailokaitis), natus a. 1880, presbyteratus ordinem accepit a. 1905, ab a. 1909 fit vicarius in ecclesia cathedrali Sejnensi et moderator commentariorum "Saltinis".

⁷⁴¹ Sac. Ioannes Totoraitis, natus a. 1872, doctor philosophiae, sacramentum sacerdotii accepit a. 1895, ab a. 1907 vicarius in paroeia Szumsk.

⁷⁴² Sac. Adamus Łostowski, natus a. 1866, presbyteratus ordinem suscepit a. 1891, ab a. 1907 vicarius paroeiae Rajgród, a. 1919 fuit parochus in Berzniki.

dioecesis transtulit (sacerdotes Jałbrzykowski⁷⁴³, Wądołowski⁷⁴⁴, Betto⁷⁴⁵), quod parochianis Polonis, petentibus sibi sacerdotes Polonos, satisfacere renuit (Berzniki, Sejny), quod iuvenibus Polonis ingredi seminarium dioecesanum prohibuit. Nec fidendum est Episcopo asserenti id fecisse ob interdictum Germanorum, nam Germanis permittentibus, duo alumni: Skomoroszko⁷⁴⁶ et Szwaluk⁷⁴⁷ et tres aspirantes: Mackiewicz⁷⁴⁸, Kardel⁷⁴⁹ et Roszkowski⁷⁵⁰ a. 1918 unice quia Poloni ab ingressu in seminarium Sejnense amoti sunt.

Reservato seminario dioecetano pro solis Lithuanis, nihil ex parte epi Karaś molitum est, ut saltem alterum seminarium asperiretur pro Polonis, constituentibus maiorem partem dioecesis Sejnensis (numerus Polonorum circiter 380 000, Lithuanorum 310 000). Itaque Episcopo nihil curae erat, si ob defectum sacerdotum bonum ecclesiae, imo ipsa fides et salus ovium maioris partis suae dioecesis perditari posset. Initio mensis Septembris anni currentis Suprema Auctoritas Regni Poloniae, Son Excellence Pilsudski, perlustrans urbem Sejny voluit Epum Karaś visitare, Episcopus tamen eum in domum suam, non sine scandalo adstantium et contemptu supremae auctoritatis civilis, recipere renuit. Quae cum ita sint, nihil mirum si sacerdotes vestigiis sui Praesulis inhaerentes, ulterius progrediuntur et contentiones intestinas in parochiis mixtis moliuntur.

Ad pacandos Christifidelium utriusque nationis animos et ad concordiam inter eos redintegrandam persuasum mihi est: 1) sacerdotes spiritu politico-nationali infectos et in parochiis in confinio inter Poloniam et Lithuaniam positos laborantes, alibi transferre, illisque sacerdotes spiritu Dei plenos substituere substitutisque gravissimis sub poenis omnem actionem politicam interdiceret, 2) iustis petitionibus parochianorum, ut ipsis sacerdo-

⁷⁴³ Postea epus Romualdus Jałbrzykowski.

⁷⁴⁴ Sac. Franciscus Wądołowski, natus a. 1880, presbyteratum suscepit a. 1905, ab a. 1907 fuit magister religionis in schola professionali Lomsae (Łomża), a. 1925 professor in Seminario Superiore Lomensi, ab a. 1926 canonicus Gremialis Capituli Cathedralis Lomensis, ab a. 1927 relator rerum scholasticarum in Curia Dioecetana Lomensi et vices gerens vicarii generalis, a. 1939 factus est praelatus domesticus Suae Sanctitatis.

⁷⁴⁵ Sac. Henricus Betto, natus est a. 1886, sacerdos ordinatus a. 1911, ab a. 1922 functus est munere vicerectoris Seminarii Dioecetani Sejnensis, deinde Lomensis et ab a. 1925 rectoris, a. 1926 adeptus est dignitatem canonici gremialis-theologi Capituli Cathedralis Lomensis et a. 1937 praelati domestici Suae Sanctitatis.

⁷⁴⁶ Sac. Iosephus Skomoroszko, natus a. 1895, sacerdos ordinatus est a. 1919. A. 1932 nominatus est parochus parociae Słucz in decanatu Wąsosz.

⁷⁴⁷ Sac. Antonius Szwaluk, natus a. 1895, sacerdotium accepit a. 1919. A. 1925 fuit vicarius in parocia Zambrów in decanatu Śniadowo, et a. 1932 nominatus est parochus parociae Kuczyn in decanatu Wysokie Mazowieckie.

⁷⁴⁸ Verisimiliter hic agitur de sac. Leopoldo Mackiewicz, postea presbytero dioecesis Vilmensis, nato a. 1893, qui presbyteratum suscepit a. 1922. A. 1925 fuit vicarius in parocia Prużany.

⁷⁴⁹ Fortassis hic agitur de sac. Ceslao Kardel, postea presbytero dioecesis Vilmensis, nato a. 1893, qui ordinationem sacerdotalem suscepit a. 1922. A. 1925 fuit vicarius parociae Grodnensis.

⁷⁵⁰ Probabiliter hic agitur de posteriore presbytero dioecesis Lomensis, sac. Constantino Roszkowski, qui - a. 1899 natus - sacerdos ordinatus est a. 1925. Ab a. 1931 fuit professor philosophiae in Seminario Minore Sejnensi.

tes ex eorum natione dentur, satisfacere, 3) Epo Karaś consulere, ut ipse domicilium suum in remotiorem ab urbe Sejny partem dioecesis, saltem ad tempus figat et quidem melius in partem Lithuanam, quia contra eius personam Poloni nimis exacerbati sunt.

Interim Tibi, Excellentissime Domine, manus deosculor et omnia fausta a Deo precor. Humillimus servus

Vincentius Błazewicz⁷⁵¹

N. 1201.

Achilles Ratti

**sac. Antonio Około-Kułak, sodali Praesidii Consilii Tutelar
Principalis**

Varsaviae, 3 X 1919.

Gratias agit pro misso sibi eius libro "Czym jest RGO (Rada Główna Opiekuńcza)" una cum ipsius versione Gallica et pro aliis textibus ad actionem socialem in Polonia pertinentibus.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 79r N.prot. 515.

Monseigneur,

Je viens de recevoir votre hon. Missive du 29 Sept. 1919, N° 9266⁷⁵², avec les documents imprimés⁷⁵³ et manuscrits, touchant la constitution, les buts, l'activité, les ressources et le travail social de la RGO [Rada Główna Opiekuńcza] à laquelle vous consacrez une si bienfaisante opérosité. Je les lirai avec le plus vif intérêt comme d'une organisation particulièrement providentielle par des si mauvais temps.

Je vous garde une particulière reconnaissance pour votre brochure "Czym jest RGO" [Les buts du RGO] et pour sa traduction française.

Veillez, Monseigneur⁷⁵⁴, remercier pour moi "le Conseil Général de Secours" et le très hon. Presidium dont vous êtes le digne membre, b.r.

A. Ratti

Nonce Apostolique

⁷⁵¹ Sac. Vincentius Błazewicz, cfr. ANP LVII/4, notam 194, p. 87.

⁷⁵² Originale (dactylogr.) litterarum comitatoriarum, quae separatim non publicantur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 78r (N.prot. 513).

⁷⁵³ Hic agitur de opusculo: *Czym jest RGO* [Consilium Generale Auxiliis Ferendis] et de quatuor exemplis commentariorum "Praca Społeczna" [Le travail Social].

⁷⁵⁴ Sac. Antonius Około-Kułak, cfr. ANP LVII/2, notam 221, p. 100.

N. 1202.

**Georgius Matulewicz, epus Vilnensis
Achilli Ratti**

Vilnae, 3 X 1919.

Per cursorem edocet nuntium de ardua condicione sua, quae consistit in adventu Vilnam aepi Caroli Hryniewiecki eiusque actio contra epum ordinarium, frequentes inter ecclesiasticos apprehensiones; incessantes controversiae inter Polonos et Lithuanos, atque astuta actuositas agitatorum incolas incitantium. Scribit se epum auxiliarem exspectare et meliorem curiae dioecesanæ ordinationem sperare. Addit etiam totam dioecesim iam a dominatione bolshevikorum liberatam esse, et quamquam ecclesiastici gravissimas indigentias pati cogantur, seminarium dioecesanum actionem suam renovasse.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 79r-80r (N.prot. 532).

Excellentissime Domine,

Dato tuto nuntio, mitto ad Vestram Excellentiam aliquot verba^{a)}. Omnes litteras Tuæ Excellentiae accepi; eas, quae Sejnensi et Kaunensi Episcopis designatae erant, pariter et Minscensi, transmisi.

Vita mea vere crux et martyrion est. Nisi voluntas Dei et Sanctae Sedis, ne momentum quidem Vilnae manserim. Sit Deus in omnibus benedictus! Cum Gnesna et Varsavia redirem, iam Vilnae Excellentissimum D.num Hryniewiecki, Archiepiscopum, inveni, qui olim Vilnae Episcopus fuit. Is est homo iam decrepitae aetatis; et loquitur et agit saepe, quae minus opportuna, recta et rationabilia sunt. Loquitur et agit, quae quis suggessit, non discernendo, quae recta sunt et opportuna. Hinc malevoli homines eius praesentia abusi sunt ad concitandum populum, ad turbandos animos. Mihi ipsi ille plura, quae ei suggesserant, coram congregato clero exprobrabat et quidem res, quae omnino inventae et fictae erant sine ullo veritatis fundamento. Sed haec iam transierunt. Nihil egi, nihil locutus sum; oratio fervens ad Deum, unica mia defensio erat.

Polonicae potestates plures sacerdotes Lituanos coram me accusarunt. Quidam capti sunt et in carcerem detrusi; sed iam sunt quidam in libertatem denuo restituti. Sacerdotes Szamas⁷⁵⁵ et Grygonis⁷⁵⁶ ex parochia Wysocki Dwór sunt vi capti, sed me sponsore liberati, ea tamen condicione, ut eos

⁷⁵⁵ Sac. Stanislaus Szlamas, clericus in parocia Wysocki Dwór laborans.

⁷⁵⁶ Sac. Iosephus (Jozuas) Grygonis, clericus in parocia Wysocki Dwór laborans.

in alias mitterem paroecias. Item sacerdos Swirski⁷⁵⁷, sed iam liberatus. Nuperrim vi captus sacerdos Bujwis⁷⁵⁸ (Giewany), me spondente liberatus. Statim nuntium mi retulerunt de incarceratione valde boni sacerdotis, Doctoris Stefanowicz⁷⁵⁹ (Sumieliszki). Lites inter Polonos et Lituanos non minuuntur. In paroeciis, ubi iam ordo et pax regnabant, denuo factiosi homines turbas ciere contendunt contra sacerdotes Lituanos et populum Lituanium. Illi homines saepe pretio conducti, pessimi, tam quam delegati ad me veniunt, et ut ex ephemeridibus patet, ad Tuam Excellentiam etiam proficiunt. Cautè cum eis agendum et loquendum. Verbi gratia inter legatos, qui nuper apud Tuam Excellentiam fuerunt, reperiuntur quidam Mackiewicz⁷⁶⁰ et Ciesiun⁷⁶¹; relatum mihi est, illos esse pessimae notae homines in paroecia Inturki. Quod illam paroeciam spectat Giedroycie, ubi sacerdotem concitati agitadores vi eiecerunt, nunc indagatio peragitur. Dedi alium sacerdotem ad tempus, ut ea solum quae stricte necessaria perageret, ne populus inculpabilis sine sacramentis maneret. Hoc facinus eorum iam ubique notum est factum, exemplum pessimum. Aliqua punitio omnino necessaria est, sed maxima cum prudentia agendum est. Olim cum gubernium Russicum schismaticum sacerdotes persequeretur et e paroeciis eiceret, id Ecclesiae proderat; nunc autem e contra, nam id facit gubernium catholicum et homines catholici; saepe saepius contra tales sacerdotes finguntur et sparguntur rumores et falsa crimina ad concitandum populum. Mihi intime persuasum est, quod Deus ipse iniquitates est ulturus; et revera iam populi animus incipit converti contra mali factores, iam ipsi id [...]b) incipiunt. Si res generatim sumantur, nunc animi magis pacati esse videntur.

Studeo aequo et tranquillo animo esse, nihil innovo, prudentes homines consulo, observo, quae fiunt, expecto opportunitatem, multum oro et in Deo confido. Quandoque maximis premor externis angustiis et maxima desolatione interna, ut numquam parte in mea vita; sed Deus benignus me iuvat.

Expecto Episcopum Auxiliarem. Curiam Episcopalem nondum formavi; id intendo facere, cum Episcopus Auxiliaris advenerit. Id rebus gravioribus Capitulum consulo. Cum Curiam nondum formatam habeam, ipse variis laboribus obrutus sum, ne ad deambulandum quidem tempus superest.

Die 13 huius mensis proficiscor ad visitandas aliquot ecclesias decanatus Kobrynensis et Brześć Litewski; sub finem mensis rediero in urbem Vilnam. Iam tota mea dioecesis a bolszewisticis exercitibus liberata est; iam ex tota dioecesi habui relationes. Ex omnibus sacerdotibus duo tantum truci-

⁷⁵⁷ Sac. Iulianus (Julijonas) Świrski.

⁷⁵⁸ Sac. Daniel Bujwis, natus a. 1872, presbyteratus ordinem accepit a. 1896. A. 1911-1918 fuit parochus paroeciae Giewany decanatus Giedroycie in dioecesi Vilnensi, a. 1919-1926 fuit parochus in Kluszczany decanatus Świr, deinde in Gierwiaty, et ab a. 1929 in w Nowy Miadzioł in decanatu Nadwilejensi.

⁷⁵⁹ Sac. Ioannes (Jonas) Stefanowicz, natus a. 1881, sacerdos ordinatus est a. 1906. Ab a. 1914 fuit parochus in paroecia Sumieliszki.

⁷⁶⁰ Mackiewicz, fidelis quidam ex paroecia Inturki.

⁷⁶¹ Ciesiun, fidelis quidam ex paroecia Inturki.

dati sunt: Weber⁷⁶², decanus in Słonim, et Buklarewicz⁷⁶³, parochus in Ikażni; alii incolumes manserunt.

In seminario iam incepta sunt studia. Sat plures clerici venerunt, sed materialis conditio et seminarii, et cleri urbani perquam difficilis est. Curiae formationem intendo remittere ad tempus, cum Episcopus Auxiliaris venerit, ut Tua Excellentia consuluit.

Commendo me et meam dioecesim Tuis benignis orationibus coram Deo, add.mus in Christo

Georgius, epus Vilmensis

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta: 5 X 1919 per manus Protonotarii Brzeziewicz⁷⁶⁴.*

b) *Sequitur verbum illegibile.*

N. 1203.

Petrus Tirone, praepositus provincialis Salesianorum in Polonia Achilli Ratti

Varsaviae, 3 X 1919.

Describens visitationem suam in Rózanystok, quo ordinarius Vilmensis cum clero suo Salesianos invitat, significat causas eiusmodi invitationum et difficultates inde exorientes, quod legales proprietarii ecclesiae et monasterii sint Patres Praedicatorum. Petit ergo intercessionem hac in parte apud ipsos Dominicanos interponere.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 199 f. 69r-v (N.prot. 608).

Eccellenza Rev.ma,

Invitato da Sua Eccellenza Rev.ma il Vescovo di Vilna⁷⁶⁵ mi recai a visitare Rózanystok, paesello distante un 30 km da Grodno, Polonia, prima della cassata dei religiosi proprietà dei Rev.di Padri Domenicani e poi di un ordine di Suore ortodosse che, dopo di avervi aggiunto molti altri edifici ed

⁷⁶² Sac. Ioannes Weber, cfr. ANP LVII/4, notam 408, p. 136.

⁷⁶³ Sac. Michael Buklarewicz (1884-1919). Presbyteratus ordinem accepit a. 1908. A. 1908-1912 fuit parochus in paroecia Narewka in decanatu Brzostowica Wielka, et ab a. 1912 parochus in paroecia Ikażni in decanatu Brastaw.

⁷⁶⁴ Sac. Eusebius Brzeziewicz.

⁷⁶⁵ Epus Georgius Matulewicz.

introdotte altre migliori, fecero di Rózanystok un contro quanto mai attivo e pericoloso di propaganda ortodossa in tutta la Polonia.

È desiderio del Vescovo diocesano e del clero e della popolazione locale che colà vadano i Salesiani di D. Bosco, perché non solo funzionino la chiesa parrocchiale, ma specialmente perché vi aprano scuole e laboratori, così da utilizzare tutti i numerosi fabbricati colà esistenti ed i terreni che formano la dote di detto monastero e reagire salutarmente contro la propaganda deleteria fatta in questo luogo stesso delle suore ortodosse. Il Vescovo ed il clero insistono specialmente perché i Salesiani senza porre tempo in mezzo vi si stabiliscano tosto, perché ogni dilazione può far perdere per sempre alla Chiesa quei beni; e ciò sia perché il presente governo polacco sta incamerando in quelle parti tutti i beni della Chiesa ortodossa senza riguardo se siano o no appartenenti già alla Chiesa cattolica, sia perché previsti traslochi di persone dalle quali quest'affare in gran parte dipende, potrebbero rendere impossibile in seguito colà l'introduzione di qualsiasi ordine o congregazione religiosa.

Siccome qui viene in considerazione prima di tutto il diritto di proprietà dei Rev. di Padri Domenicani che potrebbero volere rivendicare a sé quel loro antico convento, i Salesiani non possono annuire alle insistenze loro fatte, ma ricorrono a V.ra Eccellenza Rev.ma esponendoLe il caso e pregandoLa del suo consiglio ed eventualmente del Suo diretto intervento in questo riguardo presso i Rev. di Padri Domenicani^{a)}.

Colla più profonda stima e venerazione mi professo di V.ra Eccellenza Rev.ma dev.mo ed umil.mo servitore

Sac. Pietro Tirone
Ispettore dei Salesiani in Polonia

^{a)} *In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta:* Consiglio all'Ispettore di sovvenire alle necessità spirituali del luogo e secondare le istanze del Vescovo, profittando delle buone circostanze sulla cui durata non si può contare; dando però subito avviso al Generale dei Domenicani accompagnato da commendatizia e preghiera del Vescovo. Si potrà anche dire che il Nunzio, considerate le necessità e le favorevoli circostanze, ha incoraggiato, ricordando però i diritti de' terzi e raccomandando di ricorrere ad essi, disposto sempre a intercedere per l'opera Salesiana che crede la più hic et nunc rispondente ai bisogni⁷⁶⁶.

N. 1204.

**Card. Caietanus De Lai, secretarius S. Congregationis
Consistorialis
Achilli Ratti**

Romae, 3 X 1919.

⁷⁶⁶ Cfr. N. 1249.

Ad petitionem secretarii Nuntiaturae, Ermenegildi Pellegrinetti, transmittit nuntio indicem facultatum una cum litteris comitatoriis, in quibus accurate definit magnitudinem taxarum cancellariae pro missis rescriptis et decretis concessarum dispensationum et privilegiorum. In documentis annexis Secretariatum Status significare legatis et oratoribus Sedis Apostolicae rectam rationem scribendi litteras ad Congregationes Romanas et ipsum Secretariatum Status, necnon modum conducendi archivi, praeterea explicat quaestiones cum "capite Status" a summo pontifice et rege Italiae excepto coniunctas et designat taxas cancellariae pro brevibus Apostolicis persolvendas.

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 92r N° 347/12 (N.prot. 673); annexum n. 1: cop. (dactylogr.), ibidem, f. 132r-133r N° 347/12 (N.prot. 1145); annexa n. 2, n. 5, n. 6: cop. (typis impressis), ibidem, f. 148r-151r N° 10513 (N.prot. 1303, 1306 et 1341); annexum n. 3: cop. (typis impressis), ibidem, tegumentum 193 f. 57r-58r N° 91155 (N.prot. 1305); annexum n. 3: cop. (dactylogr.), ibidem, tegumentum 202 f. 42r-v N° 207 (N.prot. 673)⁷⁶⁷.

Ill.mo et Rev.mo Signore,

Dietro richiesta del Suo Segretario, trasmetto alla Signoria V.ra Rev.ma copia della lettera del 6 Maggio p.p.,⁷⁶⁸ con cui si accompagnò l'invio dell'"Index Facultatum"⁷⁶⁹ ai singoli Nunzi e Delegati Apostolici. In essa si dà una norma generale per l'apposizione delle tasse nei rescritti, facoltà, dispense, ecc., norma da applicarsi più o meno strettamente, a seconda delle circostanze dei vari luoghi⁷⁷⁰.

Con sensi di particolare stima mi professo della Signoria V.ra Rev.ma aff.mo come fratello

(a-†Gaetano Card. De Lai Vescovo di Sabina
Segretario^a)

a-a) *Manu propria.*

⁷⁶⁷ Annexa n. 2-6 in hoc documento propterea separatim publicantur, quod nullum scriptum comitorium ad ea est repertum, constat tamen cardinalem De Lai transmisisse aliquot scripta typis impressa, pro quibus A. Ratti gratias egerit litteris suis 22 X 1919 datis (cfr. N. 1265). Non publicatur tamen opusculum: *Istruzione relativa al diritto di precedenza dei Rappresentanti Pontifici nel Corpo Diplomatico*, Roma 1900, pp. 1-30, quod invenitur in AV, Arch.Nunz.Vars. 193 f. 59r-76r.

⁷⁶⁸ Vide infra annexum n. 1.

⁷⁶⁹ "Index Facultatum", cuius originale (typis impressum), manu propria card. Caietani De Lai 26 IX 1919 subscriptum, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 342r-347r (N.prot. 5027), hic separatim non publicatur, cum "Indice Facultatum" 15 V 1918, publicato in ANP LVII/1 (annexum n. 1 ad N. 7, p. 60-68), nihil novi contineat, praeter differentem in duobus casibus numerum dispensationum: 1) "Dispensandi pro centum vicibus ex gravi causa ab omnibus impedimentis diamentibus matrimonium", 2) "Sanandi in radice pro quinquaginta vicibus matrimonia nulla ob impedimentum dirimens".

⁷⁷⁰ Cfr. N. 1246.

Annexum n. 1:

S. Congregatio Consistorialis
[Achilli Ratti]

Romae, 6 V 1919.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Mi reco a dovere di trasmettere alla Signoria V.ra Rev.ma, per Sua norma e governo, l'Index facultatum di cui Ella si varrà d'ora innanzi durante la sua missione, rimanendo abolita ed annullata ogni altra formola precedentemente in uso.

I. Per alcune facultà è determinato nei relativi punti il numero dei casi concessi e quello esaurito, la Signoria V.ra si compiacerà farne nuova domanda a questa S. Congregazione. Per ciò, tuttavia, che riguarda le facultà matrimoniali espresse al capo III, quando si tratterà di rinnovare dei casi accordati, la Signoria V.ra potrà rivolgersi direttamente alla S. Congregazione dei Sacramenti, o anche a questa Segreteria Concistoriale, che s'incaricherà di ottenere dal memorato Dicastero un ulteriore numero di casi di dispensa, o conferma delle facultà matrimoniali.

E poi mente della Santa Sede che gli Ordinari usino con moderazione delle facultà di dispense matrimoniali, anche in conformità della clausola all'Index facultatum "ex gravi causa" (n. 30, cap. III); ed egualmente deve praticarsi per ciò che riguarda la concessione sanandi in radice.

II. Per ciò che riguarda alle tasse da esigersi, nella concessione di dispense, grazie e privilegi:

1) Al N° 30, in materia matrimoniale, di spettanza e della S. Congregazione dei Sacramenti e del S. Offizio, è stabilita la norma generale di un'oblazione da parte dei nupturienti iuxta vires. La tassa in vigore al S. Offizio per le dispense di mista religione e di disparità di culto è di lire italiane dieci per ogni caso.

2) In cose di competenza del Concilio, in via di massima, dovrà adottarsi la tassa vigente in Curia, e cioè lire 10 o 15, a seconda che trattasi di riscritti minori o maggiori, con l'aggiunta d'una tassa suppletiva di almeno lire 5 per l'eventuale sanatoria. Che se è questione di facultà di speciale importanza, è ovvio di dovere esigere una tassa maggiore, tenendo conto dei casi e delle circostanze. Così, in particolare, per la dispensa dai gradi accademici per il conseguimento di un beneficio, l'esazione deve oscillare da un minimo di L 25 ad un massimo di 100, avuto riguardo alle rendite del beneficio e anche alle condizioni finanziarie del beneficiato. In fine per le facultà generali o cumulative, la tassazione si lascia al prudente giudizio del Rappresentante della Santa Sede, che

terrà presenti i dati di fatto, come il numero delle grazie concesse, e l'utilità pecuniaria che ne ricava l'Ordinario.

Adventu Excellentissimi D.ni Episcopi Cracoviensis⁸¹¹ libentissime utor, ut Excellentiam Tuam certiores faciam de receptione litterarum ad me datarum die 3^a h.m.⁸¹² de eisque gratias agam. Multa enim continent, quae haud laeta quidem sunt, sed ad informationem et normam tum iudicandi tum agendi optime inserviunt. Faxit Deus, ut tum torbida tempora citius transeant et aequiora melioraque superveniant. Sollemnitatibus vestris Universitariis spiritu intersum, quominus praesens adsim vel maxime impeditus, quod in eo sum, ut exercitia mea spiritualia (et quidem apud Tuos Bielany⁸¹³) ineam in Episcopalem Consecrationem, quae, Deo dante, die 26^a curr. mensis in hac ipsa Varsaviensi Cathedrali locum habebit. Scriptam invitationem ad Excellentiam Tuam, prout omnia iura exigunt, utique mitam; sed iam ex nunc non tam invito quam desideranter precor, ut Tua gratissima praesentia tam sanctam et grandem sollemnitatem meam, etsi tam indigni, augere et honorare velis.

Negotium istius Facultatis Theologicae (uti et Excellentissimo Cracoviensi dixi) apud Sanctam Sedem est, ad quam statim communicata mecum documenta transmisi causam vestram pro viribus et pro posse postulans et defendens: quod et palam Excellentia Tua dicere potest⁸¹⁴.

⁸¹¹ Epus Adamus Sapieha erat in itinere Vilnam versus, ut interesset sollemnitatibus cum aperienda Universitate Studiorum Vilenensi coniunctis, qui celebratae sunt diebus 9-11 X 1919.

⁸¹² Cfr. N. 1202.

⁸¹³ Bielany, hodie pars urbis Varsaviae, ubi a. 1915 sac. Georgius Matulewicz domum Sacerdotum Marianorum instituit.

⁸¹⁴ Cfr. N. 1180.

Angustia temporis undique pressus non possum plura scribere, neque Rev.do Tuo Wojtkiewicz apposite respondere et gratias agere prout vellem⁸¹⁵. Sed Excellentia Tua erit mihi apud eum interpres.

Orationibus Tuis, et quotquot a bonis et Deo amicis procurare poteris, enixius quam alio nunquam tempore me commendo, add.mus in D.no

Achilles Ratti
Nuncius Apostolicus

N. 1220.

Administerium Rerum Exterarum
Achilli Ratti

Varsaviae, 8 X 1919.

Indicant dies et horas, quibus subsecretarius status moderatores missionum diplomaticarum apud se suscipere intendat.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 85r N° D.11206 (N.prot. 568).

(a-Note verbale-a)

Le Ministère des Affaires Etrangères a l'honneur de porter à la connaissance de la Nonciature du Saint-Siège, que le Sous-Secrétaire d'Etat⁸¹⁶ devant quitter Varsovie pour quelques jours ne pourra recevoir Messieurs les Chefs des Missions ce vendredi le 10 cr. 1919 entre 4 h. et 6 h.⁸¹⁷

Le Directeur du Département Politique, N. Z. Okęcki⁸¹⁸ se tiendra à leur disposition ce même jour entre 5¹/₂-7 h.

L.S. [cum inscriptione] Rzeczpospolita Polska Ministerstwo Spraw Zagranicznych

a-a) *Linea subducta signatum.*

⁸¹⁵ Cfr. N. 1190.

⁸¹⁶ Vladislaus Skrzyński.

⁸¹⁷ Ratti se hanc notam accepisse testatus est litteris 10 X 1919 datis (N.prot. 569), quae separatim non publicantur et quarum minuta autographa servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 86r.

⁸¹⁸ Zdzislaus Narcissus Okęcki (1874-1940), professione diplomaticus in Ministerio Rerum Exterarum laborans, a. 1921-1928 legatus Reipublicae Polonae Belgradii et a. 1928-1930 in Tokio.

N. 1221.

Achilles Ratti**Litterae circulares ad omnes episcopos**

Varsaviae, 9 X 1919.

Ad sollemnitatem consecrationis suae episcopalis, quae 28 X 1919 hora decima in ecclesia cathedrali Varsaviensi celebrabitur, omnes invitat.

Or. (ms.): Kraków, AKM T.S. XXXVIII n. 12 s.f.; Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 10 f. 34r.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 80r N.prot. 555.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 81, 466r, 468r N.prot. 554, 565, 581.

- **Ed. Polonice:** *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, nr 99, p. 165-166.

Excellentissime Domine⁸¹⁹,

Die vigesima octava currentis mensis Octobris in festo SS. Apostolorum Simonis et Iudae⁸²⁰, in hac Varsaviensi Cathedrali Ecclesia consequar, Deo dante, Consecrationis Episcopalis gratiam, post miserentis Dei et Vicarii Eius in indignam personam meam collatam electionem temporum difficultate tamdiu dilatam, non sine Sanctissimi Patris beneplacito, cui placuit, ut qua Episcopus certo quodam modo Polonus in Spiritu Sancto renascar. Haec autem ad notitiam Excellentiae Tuae, cum primum licuit, deferre studui, non solum ut debitae observantiae et gratitudinis, tantam ab Episcopatu Polonico benevolentiam iamdiu expertus, iura persolvam, nec tantum ut orationum Excellentiae Tuae auxilium, quo maxime indigeo, enixe expostulam, ut facio; verum etiam, ut candide dicam summum Consecrationi meae honorem summumque spiritale gaudium mihi accessurum ex Excellentiae Tuae praesentia⁸²¹, quam ut benigne praestes (si quidem absque nimio incommodo liceat), et reverenter invito et desideranter rogo, gratias equidem

⁸¹⁹ In minuta autographa sub titulo legitur nota: "Circolare a tutti i Vescovi Polacchi". Cfr. AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 80r N.prot. 555.

⁸²⁰ In autographo additum: "dominica eiusdem mensis ultima". Cfr. ibidem.

⁸²¹ In invitationibus ad aepum Edmundum Dalbor 11 X 1919 data (N.prot. 581) additus est textus: "quam sedis antiquitas et titulus Primatis admodum illustrant. Hanc" (cfr. AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 81r), in invitationibus autem ad aepum Iosephum Teodorowicz, aepum Andream Szeptycki, epum Iosephum Kocilovskij, epum Gregorium Chomyszyn addita sunt verba: "unitatis catholicae Ecclesiae in varietate testimonium" (cfr. ibidem, f. 468r N.prot. 565).

ex nunc tamquam pro magno beneficio quam maximas agens atque in aevum habiturus⁸²².

Obsequia mea Excellentiae Tuae exhibeo et me Illi in Domino commendo, add.mus

Nuncius Apostolicus
A. Ratti

[P.S.]

Consecrationis ritus incipiet hora a. m. decima: fraterna autem mensa, quam etiam ut praesentia tua honores rogaris, ad horam p. m. primam.

N. 1222.

Achilles Ratti
Marcello Żółtowski, Helenae Brownsford

Varsaviae, 9 X 1919.

Optima vota mittit Primo Conventui Sodalitatum Marianarum et nuntiat se iam summum pontificem de obsequiis et officiis eius nuntio Varsaviensi exhibitis certiolem fecisse.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 84r N.prot. 560, telegramma.

À la première réunion des sodalices marians de l'Archidiocèse de Gniezno et Poznań et à sa digne présidence sous les vénérables auspices de Son Excellence Monseigneur Archevêque Primat, j'envoie comme représentant du Saint-Siège, les meilleures félicitations avec le souhait que leur bien-faisante activité soit toujours plus riche en fruits de bénédiction pour la religion et pour la patrie miraculeusement ressuscitée⁸²³. Je me hâte de communiquer au Saint Père les nobles expressions de filial dévouement et de fidélité polonaise, bénissant en Son Auguste nom, remerciant pour l'indulgente bonté envers mon humble personne

Nonce Ratti

⁸²² In invitationibus ad epum Stanislaum Zdzitowiecki et epum Iosephum Sebastianum Pelczar additus textus hic: "Duplicabis autem beneficium, si Consecratoris munere fungi digneris, qua de gratia Excellentiam Tuam, uti Episcopum provinciae antiquiorem, enixe rogo" (cfr. AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 466r N.prot. 554).

⁸²³ Cfr. N. 1216 et N. 1231.

N. 1223.

Achilles Ratti
Firmo Ratti

Varsaviae, 9 X 1919.

Edocet eum de iam certo statuta die consecrationis suae episcopalis.

Cop. (ms): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 467r N.prot. 561, telegramma.

Consacrazione definitivamente fissata giorno 28 ultimo martedì ottobre, prego darne notizia Cardinale⁸²⁴, Monsignori Magistretti, Confalonieri⁸²⁵.

Nunzio Ratti

N. 1224.

Achilles Ratti
Andreae Szeptycki, aepe Leopoliensi ritus Rutheni

Varsaviae, 9 X 1919.

Episcopis Graeco-catholicis respondens certiores eos reddit in negotio capellanorum militum ab auctoritatibus militaribus Polonicis ad usum fidelium ritus Graeco-catholici institutorum, aedificii seminarii dioecesanii occupati et epistulae suae pastoralis ab auctoritatibus Polonicis confiscatae, se apud auctoritates ecclesiasticas et publicas iam intervenisse, a quibus nunc sufficiens responsum expectare.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 135r N.prot. 563.

⁸²⁴ Card. Andreas Ferrari, aepe Mediolanensis.

⁸²⁵ Speciale telegramma de certe statuto termino consecrationis nuntius misit ad sac. Caesarem Orsenigo Mediolanensem die 25 X 1919. Copia (ms.) telegrammatis, quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 488r N.prot. 704.

Excellentissime Domine,

Habeo veneratas litteras Excellentiae Tuae necnon Excellentissimorum Episcoporum Stanislao-politani⁸²⁶ et Premisliensis⁸²⁷ ritus Graeci ad me datas respective die 22 et die 23 Septembris proxime elapsi⁸²⁸, quarum priores agunt de constitutione capellanorum per auctoritates militares, posteriores autem de occupatione Seminarii Graeci Leopoliensis et de collectivae Epistolae Pastoralis confiscatione. Priorum materiam cum Episcopo Castrensi in Polonia a Sancta Sede constituto, Excellentissimo Gall, cum primum licuit (fuit enim absens), communicavi, a quo exhauriens responsum Excellentissimis Vescovis directe dabitur et ad quem recurrere item directe iuabit in omnibus, quae pertinent ad curam animarum in ambitu, ut ita dicam, militari⁸²⁹.

De materia posteriorum litterarum cum aliis in Gubernio partem habentibus, tum ipsi Polonicae rei publicae Praesidi instanter verba feci, spero autem non sine aliquo fructu cum divino auxilio.

Obsequia mea Excellentissimis Vescovis exhibeo meque Illis et commendo et offero, add.mus

Achilles Ratti
el. Archiepiscopus tit. Naupactensis
Nuncius Apostolicus

N. 1225.

Achilles Ratti
Stanislao Gall, epo auxiliari Varsaviensi, epo castrensi Exercituum
Polonorum

Varsaviae, 9 X 1919.

Edocens de querela episcoporum Graeco-catholicorum propter negotium capellanorum militum, qui ab auctoritatibus militaribus instituuntur, exposulat explanationem eiusmodi quaestionis et adducit tenorem responsi episcopis Graeco-catholicis concessi.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 136r N.prot. 564.

⁸²⁶ Epus Gregorius Chomyszyn.

⁸²⁷ Epus Iosephus (Iosaphat) Kocilovs'kij (Kocylowski).

⁸²⁸ Cfr. N. 1147 et N. 1151.

⁸²⁹ Cfr. N. 1225 et N. 1254.

Eccellenza Rev.ma,

Mi scrivono in data 22 settembre passato prossimo gli Eccellentissimi Monsignori Arcivescovo Szeptycki e Vescovi Chomyszyn e Kocyłowskyj, lamentando che "auctoritates militares Poloniae capellanos constituunt pro captivis, incarceratis et aegrotis ritus Graeci catholici in nosocomiis et carceribus sine consensu et etiam directe contra voluntatem Ordinarii loci, quibus ab auctoritate nobis ignota iurisdictio conceditur"⁸³⁰. Lasciando all'Eccellenza V.ra Rev.ma di verificare se vi sono abusi nel senso lamentato e di applicare, occorrendo, gli opportuni rimedi, scrivo agli Eccellentissimi Presuli: 1) che a Lei come all'Ordinario Castrense dalla Santa Sede costituito ho comunicato le loro osservazioni, 2) che da Lei avranno la risposta esauriente, 3) che a Lei converrà che si rivolgano per tutto quello che riguarda l'assistenza religiosa nell'esercito e nell'ambito militare⁸³¹.

Con ogni ossequio La riverisco e di nuovo me Le raccomando, dev.mo

Achille Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1226.

Achilles Ratti
Augustino Łosiński, epo Kielcensi

Varsaviae, 9 X 1919.

Affirmat se negotia paroeciae Mstyczoviensis iam sub eius iurisdictionem tradidisse et neminem nomine nuntii in eis agere posse, nisi episcopus auxilium hac in parte Petri Markiewicz pro utili agnoscat, tunc se ipsum ad eiusmodi auxilium ferendum promptum esse futurum.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 87r N.prot. 573.

Excellentissime Domine,

Attentis et rite perpensis iis, quae hodie mihi communicavit Rev.mus P. Petrus Markiewicz, Prior Czenstochoviensis, super negotiis Mstyczoviensibus, officii mei esse credo absque mora declarare, prouti per praesentes de-

⁸³⁰ Cfr. N. 1147.

⁸³¹ Cfr. N. 1224 et N. 1254.

claro, eadem negotia ex temporaria mea ad ordinariam Excellentiae Tuae iurisdictionem et curam iam redisse et neminem habere a me facultatem ullam ad ea negotia tractanda vel iuvanda, nisi laudatum Rev.mum Priorem, si et in quantum Excellentiae Tuae eius opera uti placebit. Si quid iuvare me posse Excellentia Tua existimabit, paratissimum semper inveniet⁸³².

Interea obsequia mea Excellentiae Tuae exhibeo et me Illi in D.no commendando

Achilles Ratti
Nuntius Apostolicus

N. 1227.

**Secretariatus S. Congregationis de Religiosis
Achilli Ratti**

Romae, 9 X 1919.

Rogant, ut ordinarius Vilnensis certior fiat S. Congregationem iam operam dedisse, ut sorores Lithuaniae, sodales Congregationis Sororum s. Casimiri Chicagiae degentes in Lithuaniam redire possint, et se tempore suo ordinarium Vilnensem de conatibus eorumque exitibus in hoc negotio obtentis certiores esse facturos.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 120r N° 5051/19 (N.prot. 787).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Monsignor Vescovo di Wilna si è rivolto a questa S. Congregazione, esponendo come dalle autorità ecclesiastiche dell'Archidiocesi di Chicago, in America, si muovano difficoltà perché alcune suore lituane di S. Casimiro⁸³³, colà residenti, rispondano all'invito, che Lui, insieme al Vescovo di Samogizia⁸³⁴ (o Telsze⁸³⁵) ha rivolto ad esse, perché si recassero, almeno in pic-

⁸³² Cfr. N. 1183.

⁸³³ Congregatio Sororum S. Casimiri, educandis et instituendis puellis destinata, a. 1907 in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis condita est.

⁸³⁴ Epus Franciscus Karewicz (Karevičius).

⁸³⁵ Telsze (Telšiai), oppidum in Lithuania, in Samogitia meridionali-occidentali, ad locum Mastis positum, una ex historicis sedibus dioecesis. A. 1926 in Telsze erecta est nova dioecesis (Telšensis), suffraganeatus archidioecesis Caunensis.

ciol numero, nelle loro diocesi per intraprendere opere di istruzione e di educazione in pro di quella gioventù, tanto di ciò bisognosa.

Questo S. Dicastero rivolge viva preghiera alla Signoria V.ra Rev.ma di far noto all'Eccellentissimo Vescovo di Wilna, che questa S. Congregazione si sta occupando della questione, e, a suo tempo, l'informerà dell'esito delle pratiche fatte in merito ad essa.

Profitto intanto della circostanza per confermarmi, con sensi di perfetta stima, della Signoria V.ra Ill.ma e Rev.ma dev.mo

(a-Vincentius La Puma⁸³⁶, sottosegretario^{a)})

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 1228.

Achilles Ratti

**Petro Markiewicz, priori monasterii Paulinorum in Claro Monte
Częstochoviensi**

Varsaviae, 9 X 1919.

Se promptum esse scribit sac. Andreae Huszno ad certum tempus hospitium concedere, si ille - paroecia Mstyczoviensi relicta - id eum rogaturus sit.

Autogr.: Częstochowa, AJG, 4280 (525g) k. 16r.

Rev.mo Patri Petro Markiewicz, Priori Częstochowiensi

Quando iunctam (quam fidei tuae trado) scripturam D. Huszno exarabat, promisit mihi formaliter in praesentia Rev.mi D.ni Trzeciak, manu etiam data, se de facto et cum effectu derelicturum paroeciam Mstyczów non tardius quam ad finem mensis Septembris; ego vicissimum promisi me pro eo acturum apud Excellentissimum D.num Episcopum Kielcensem et provisorum pro eius itinere ad exterarum regionum; promissa sua eo non implente eo ipso non amplius tenuerunt me mea. Hoc tamen non obstante volo semper de eo curam habere pro posse meo, si derelicta paroecia tecum veniat et maneat, donec provisionem aliquam pro eo inveniam.

Nuncius Apostolicus^{a)}

^{a)} *Nomen et cognomen desunt.*

⁸³⁶ Sac. Vincentius La Puma (1874-1943), subsecretarius, deinde secretarius S. Congregationis de Religiosis. A. 1935 creatus est cardinalis et nominatus praefectus eiusdem Congregationis.

N. 1229.

Fideles paroeciae Helsinchiensis
Achilli Ratti

Helsinghii, 9 X 1919.

Rogant nuntium apostolicum, ut, sac. Severinus Turosieński munere ipsorum parochi fungi pergat.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 663r-664r.

Votre Eminence,

Nous sous-signés, membres de la paroisse catholique de Helsingfors, ayant eu connaissance de l'arrivée de Votre Eminence pour régler la question de l'Eglise catholique en Finlande, présentons à vous notre humble et chaleureuse prière de nous laisser notre curé Séverin Turosieński. Pendant les huit années qu'il a passées comme administrateur à Helsingfors, sa charité et son zèle inépuisable dans l'accomplissement de ses devoirs, même dans des conditions extrêmement difficiles, lui ont gagné l'affection et l'estime de toute sa paroisse, formée par des nationalités bien différentes. Son départ serait donc pour nous une perte considérable, surtout comme il s'est montré un administrateur habile aussi dans les questions temporelles de la paroisse.

Nous savons bien qu'il s'agit maintenant d'une séparation de la paroisse de Helsingfors du diocèse de Mohilew, mais nous mettons notre confiance en Votre Eminence et nous espérons qu'il sera possible de résoudre la question d'une telle manière que l'abbé Turosieński pourra rester curé à Helsingfors⁸³⁷.

Nous présentons encore à Votre Eminence, ci-jointe une copie de cette lettre destinée pour Sa Sainteté le Pape. Les communications postales étant bien incertaines et l'abbé von Christierson (de Helsingfors) étant déjà à Rome pour faire des démarches dans cette question auprès du Saint-Siège, nous Vous prions humblement de vouloir bien remettre la lettre au plus vite dans les mains de Sa Sainteté^{a)}.

[*Sequuntur 59 subscriptiones*]

a) *In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta: Spedito a Roma 3 XI 1919 col corriere 1919/56.*

⁸³⁷ Cfr. N. 1125 et N. 1207.

N. 1230.

Achilles Ratti
sac. Iosepho Pizzardo

Varsaviae, 10 X 1919.

Indicat accuratum terminum consecrationis suae episcopalis et petit, ut de ea re omnes, quorum interest, certiores faciat.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 469r N.prot. 566, telegramma

Consacrazione dovuta fissare giorno ventotto corrente festa Santi Apostoli, prego opportune comunicazioni⁸³⁸, scrivo. Nunzio Ratti

N. 1231.

Achilles Ratti
Edmundo Dalbor, aepe Gnesnensi et Posnaniensi

Varsaviae, 10 X 1919.

De telegrammate a participibus primi Conventus Sodalitatum Marianarum Posnaniae celebrati rogat, ut primas eisdem participibus telegramma suum coram porrigat, timet enim, ne per cursores missum in itinere pereat.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 85r-v N.prot. 567.

Eccellenza Rev.ma,

L'onorevolissima Presidenza del primo Congresso dei Sodalizî Mariani di fresco celebratosi a Poznań sotto gli alti auspici dell'Eccellentissimo Primate mi ha indirizzato un nobile telegramma⁸³⁹, al quale ho dato subito risposta (parimenti telegrafica e all'indirizzo indicato nel telegramma stesso)⁸⁴⁰ del tenore che mi permetto di unire a questa mia, pregando l'Eccel-

⁸³⁸ Sac. Iosephus Pizzardo, cfr. ANP LVII/1, notam 271, p. 134.

⁸³⁹ Cfr. N. 1216.

⁸⁴⁰ Cfr. N. 1222.

lenza V.ra Rev.ma della grande cortesia di volerlo fare opportunamente ricapitare, ciò che all'ufficio telegrafico non sembra essere riuscito, come consta dal telegramma d'ufficio pure unito⁸⁴¹. L'occasione mi è grata quanto opportuna per congratularmi con l'Eccellenza V.ra Rev.ma del lodato Congresso, per presentarle i miei ossequi, e professarmi con grato animo dell'Eccellenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo, obbl.mo^a).

^a) *Subscriptio Achillis Ratti deest.*

N. 1232.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 10 X 1919.

Describit celebrationem conferendi consecrationem episcopalem sac. Celslao Sokołowski et adiungit litteras eiusdem epi Sokołowski, grati animi verba continentes pro collata sibi dignitate, ad summum pontificem et secretarium status scriptas.

Autogr.: AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3, f. 169r-172v N.prot. 570 (N° 99976).

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 87r.

Eminenza,

La scorsa Domenica, giorno 28 Settembre, ebbe luogo in questa Cattedrale la Consacrazione Episcopale di Mons. Sokołowski Ausiliare di Podlachia con bella solennità, fungendo da Consacratore Sua Eccellenza Mons. Kakowski Arcivescovo di Varsavia, da Conconsacratori Mons. Przedziecki Ordinario di Podlachia e Mons. Jałbrzykowski Ausiliare di Sejny. Con le lettere inserite alla presente ossequiosa mia Mons. Sokołowski viene ad esprimere i sensi della sua riconoscenza al Santo Padre⁸⁴² ed all'Eminenza V.ra Rev.ma⁸⁴³. Alle lettere non stanno unite le formole giurate e già sottoscritte

⁸⁴¹ Aepus Dalbor litteris 12 X 1919 datis (N° 4320) nuntium certiore fecit se omnibus, quorum intererat, responsum eius tradidisse et causas explicasse, cur postae suo tempore telegramma porrigere non potuissent. Orig. (dactylogr.) huius scripti, quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 86r (N.prot. 640).

⁸⁴² Vide infra annexum n. 1.

⁸⁴³ Vide infra annexum n. 2.

da Mons. Sokołowski, perché mi permetto di trattenerle fino all'arrivo delle Bolle di nomina dello stesso Monsignore con le relative formole, affinché non ne rimangano affatto prive eventualmente al momento della mia Consacrazione le Bolle mie, dalle quali ho dovuto staccare quelle annessevi altre non avendosene per la Consacrazione di Mons. Sokołowski.

Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo, obl.mo servo^{a)}

A. Ratti
Nunzio Apostolico

^{a)} *In margine inferiore adnotatio:* Con due inserti A, B.

Annexum n. 1:

Ceslaus Sokołowski, epus auxiliaris Podlachiensis
Benedicto XV, summo pontifici

Varsaviae, 30 IX 1919.

Beatissime Pater,

Litteris die 27 Septembris 1919 anni ad me datis Excellentissimus D.nus Nuntius Apostolicus in Polonia certiore me fecit Sanctitati V.rae placuisse me eligere et destinare in auxiliarem dioeceseos Podlachiensis, in-super benignissime concessisse, ut non exspectato Bullarum adventu, episcopalis consecrationis munus consequi valeam⁸⁴⁴.

Hisce gratiis munitus, die 28 Septembris 1919 anni ab archiepiscopo Varsaviensi consecrationem episcopalem in ecclesia cathedrali Varsaviae accepi. Animo alacri et fidei professionem emisi, et iuramentum obedientiae Tibi, Sanctissime D.ne, filiali cum obsequio ex intimo corde et mente submissa praestiti atque pro Optimo Patre, tot tantarumque gratiarum miti Largitore, Deum deprecavi et deprecor.

Sinat me nunc Sanctitas V.ra iterum iterumque profiteri, magnam hanc in Christo D.no dignitatem, ut mihi bene persuasum habeo, nonnisi ob Tuam, Beatissime Pater, benevolentiam paternam erga gentem Polonam ac praesertim erga populum Podlachiensem mihi, licet indigno, collatam esse.

⁸⁴⁴ Minuta (ms.) huius scripti (N.prot. 481), quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 43r.

Provolutus itaque ad pedes Tuas, Sanctissime D.ne, maximas gratias agens, humillimus pedes exosculor, apostolicam benedictionem ad commissam mihi officia adimplenda supplex rogo.

Obedientissimus filius et addictissimus servus

Ceslaus Sokołowski
Epus Auxiliaris Podlachiensis

Annexum n. 2:

Ceslaus Sokołowski, epus auxiliaris Podlachiensis
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 30 IX 1919.

Eminentissime D.ne,

Excellentissimus D.nus Nuncius Apostolicus in Polonia litteris die 27 Septembris a. c. datis significavit mihi Sanctissimo D.no, Benedicto XV Papae, ex abundantia bonitatis Suae erga gentem Polonam, placuisse me eligere et destinare in auxiliarem dioeceseos Podlachiensis. Ob temporum adiuncta, iisdem litteris accepi, etiam non exspectato Bullarum adventu, licentiam accipiendi episcopalem consecrationem, quam die 28 Septembris a. c. e manibus archiepiscopi Varsaviensis in ecclesia cathedrali Varsaviae consecutus sum.

Meam fidelitatem et erga Sanctam Sedem devotionem Beatissimo Patri exhibere litteris meis et gratissimum mihi est et officii mei gravissimi esse censeo.

Insimul Eminentiae V.rae gratias e corde maximas agere et intimam venerationem testari maxime in votis habeo una cum humillimis precibus, ut Eminentissimus D.nus in orationibus Suis participem me habere non recuset. Add.mus in Christo servus

† Ceslaus Sokołowski
Epus Auxiliaris Podlachiensis

N. 1233.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 10 X 1919.

Edocet secretarium status se per Ermenegildum Pellegrinetti novas notas secretiore et instructionem ad earum usum pertinentem accepisse.

Autogr.: AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3, f. 159r N.prot. 571.

Eminenza,

Facendo seguito all'ossequioso mio telegramma aperto del 5 corrente⁸⁴⁵, Le confermo che a mezzo di Mons. Pellegrinetti ho il giorno 4 corrente ricevuto il nuovo Cifrario; ho pure ricevuto il Suo venerato foglio del 27 settembre (N° 96830)⁸⁴⁶ e le inserte Istruzioni per l'uso del Cifrario stesso. Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo, obl.mo servo

A. Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1234.

Achilles Ratti

**Petro Markiewicz, priori monasterii Paulinorum in Claro Monte
Częstochoviensi**

Varsaviae, 10 X 1919.

Informat priorem negotia paroeciae Mstyczów se sub iurisdictionem epi Kielcensis tradidisse, neminem ergo a nuntio facultatem habere in eis agendi, nisi ipse episcopus eius auxilium utile agniturus sit. Insuper gratias agit p. Markiewicz pro omnibus, quae in hac re patravit et petit indicare pecuniam, quam propterea expensit, quamque restituere conabitur.

Autogr.: Częstochowa, AJG, 4280 (525g) k. 17r N.prot. 572.
Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 87r.

Rev.me Pater,

Attentis iis, quae Paternitas tua heri mecum super negotio Mstyczoviensi communicavit, litteras ad Excellentissimum Episcopum Kielcensem

⁸⁴⁵ Cfr. N. 1209.

⁸⁴⁶ Cfr. N. 1174.

sine mora dedi, declarans totum negotium a mea iurisdictione et cura ad suam iam redisse, et neminem habere facultatem ullam ad negotium ipsum tractandum seu iuvandum, nisi Paternitatem tuam, si tamen et in quantum ipsi Excellentissimo Episcopo opera tua uti placebit⁸⁴⁷.

Nec tamen, ut de hoc te expresse certiozem redderem, unica mihi fuit scribendi ratio, verum etiam ut de omnibus, quae tam religioso et pio zelo praestitisti, gratias ex corde agerem in aevum habiturus. Quod fuit eritve ex commissione mea pecuniae dispendium, significes quaeso, et omnia, ut par est, solvam tibi.

Orationibus tuis et fratrum tuorum Paulinorum enixe me commendo, tibi que illisque in Domino benedico

Achilles Ratti
Nuntius Apostolicus

N. 1235.

Ermenegildus Pellegrinetti
sac. Roberto Weimann

Varsaviae, 10 X 1919.

Secretarius Nuntiaturae certiozem eum reddit ad Nuntium pervenisse breve apostolicum ei destinatum, dignitatem praelati domestici Suae Sanctitatis ei conferens, simulque magnitudinem taxae Cancellariae pontificiae pro eo persolvendae indicans.

Cop. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 202 f. 26r-27r N.prot. 575.

Ill.me et Rev.me Domine,

Breve Apostolicum, quo Dominationi Tuae Ill.mae confertur titulus Praelati Domestici SS.mi D.ni Nostri Benedicti XV, cum ad Apostolicam hanc Nuntiaturam his diebus pervenerit, Tibi praesto est vel illi personae, cui committere velis, ut ad Te deferat⁸⁴⁸. Taxa praescripta est quingentorum quadraginta (540) libellarum aurearum italicarum. Apostolica cura Secre-

⁸⁴⁷ Cfr. N. 1226.

⁸⁴⁸ Originale (ms.) scripti comitatorii Secretariatus Brevium ad Principes 26 IX 1919 dati (N° 214), quod separatim non divulgatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 202 f. 24r.

taria Status rescripsit sufficere, ut libellis italicis chartaceis taxa solvatur, vel quocumque alio pecuniae genere, dummodo secundum praesentem commutationis cursum praedictae summae libellarum italicarum chartacearum aequivaleat.

De tanto honore Dominationi Tuae Ill.mae conlato valde gratulor, meque obsequia Tibi praebens declaro add.mus in D.no^a)

Hermenegildus Pellegrinetti Secretarius

^a) *In margine legitur adnotatio manu Ermenegildi Pellegrinetti exarata: N.prot. 575 - 578; 575 a Mons. Weimann⁸⁴⁹, Posnania; 576 a Mons. Meisner⁸⁵⁰, Posnania; 577 a Mons. Nassalski⁸⁵¹, Czeŝtochowa; 578 a Mons. Kretschmer⁸⁵², Posnania.*

N. 1236.

Achilles Ratti

Henrico Ignatio Przeździecki, epo Podlachiensi

Varsaviae, 10 X 1919.

Transmittens, non inscio summo pontifice, litteras Secretariatus Status petentes, ut recens apertum Seminarium Maius dioecesis Podlachiensis nomen Sancti Patris ferre possit, summopere ei gratulatur.

Cop. (ms): AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 88r N.prot. 580.

⁸⁴⁹ Sac. Robertus Adalbertus Weimann (1870-1925), presbyter archidioecesis Posnaniensis. Presbyteratus ordine a. 1894 accepto laborabat in paroeciis in animorum cura pastorali. A. 1906 nominatus est canonicus Capituli Cathedralis Posnaniensis et consiliarius consistorialis. A. 1915-1920 fuit vicarius generalis. Ab a. 1920 tamquam delegatus archiepiscopi, et ab a. 1923 tamquam administrator apostolicus cum sede in Tuczno (Tütz) administrabat 54 paroecias archidioeceseos, quae statutis finibus Polonicis inventae sunt in territorio Germaniae.

⁸⁵⁰ Sac. Ceslaus Meysner (Meissner 1871-1928), presbyter archidioecesis Posnaniensis. Ordinis sacerdotolibus a. 1895 susceptis, laborabat in animarum cura pastorali tamquam vicarius in Śmigiel et Lwówek, a. 1899-1913 tamquam commendarius in Otorowo prope Szamotuły et a. 1913-1916 tamquam parochus paroeciae s. Floriani Posnaniae. A. 1916 factus est canonicus gremialis Capituli Cathedralis Posnaniensis, et a. 1921 nominatus est eius decanus. A. 1914-1922 fuit officialis et consiliarius consistorialis (curialis), et a. 1922-1928 vicarius generalis archidioeceseos Posnaniensis.

⁸⁵¹ Sac. Marianus Nassalski, cfr. ANP LVII/3, notam 661, p. 269; ANP LVII/4, N. 676, p. 301-303.

⁸⁵² Sac. Leo Kretschmer (1851-1930), presbyter archidioecesis Gnesnensis. Presbyteratus ordinem suscepit a. 1874. A. 1903 factus est canonicus gremialis Capituli Cathedralis Gnesnensis. A. 1901-1924 fuit consiliarius consistorialis et a. 1915-1920 officialis archidioeceseos Gnesnensis.

Excellentissime Domine,

Gaudio magno gaudeo, recogitans ardens desiderium et consequens gaudium tuum, transmitto dum iunctas Eminentissimi Cardinalis Secretarii litteras nomine tuo Rev.mo inscriptas, quas hodie Roma recepi⁸⁵³. De illustri gratia, quam tum Seminario et Dioecesi Podlachiensi adeptus es, ex corde gratulor tamquam de praeclaro Pontificiae praedilectionis testimonio deque bono et optimo in futura tempora omine, de quo mihi et Podlachensium martyrum ossa exultare videntur, aliquos dum iam sentiunt effusi sanguinis fructus maiorum meliorumque in dies pignora certa.

Obsequia mea Excellentiae Tuae exhibeo meque Illi in D.no commendo

Achilles Ratti
Nuntius Apostolicus

N. 1237.

**Fideles paroeciae Wisztyniec
Achilli Ratti**

Wisztyniec, 10 X 1919.

Rogant nuntium, ut petitionem ipsorum de parocho natione Polono et de paroeciae eorum dioecesi Łomżensi adiunctione summo pontifici commendet.

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 549r-553r.

N. 1238.

**Achilles Ratti
card. Petro Gasparri**

Varsaviae, 11 X 1919.

Ad exercitia spiritualia ante proximam consecrationem episcopalem peragenda se praeparans, accurate enumerat epistulas recens ab eo acceptas et promittit ampliora et prolixiora ad eas responsa post completa memorata

⁸⁵³ Cfr. N. 1263.

exercitia se esse missurum. Accuratius edoceri petit de summis pecuniae in rubellis Russicis et coronis Austriacis acceptis.

Autogr.: AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3, f. 90r-v N.prot. 591 (N° 98382).

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 194 f. 232r.

Eminenza,

In procinto, anzi sul punto, di ritirarmi in un divoto santuario nelle vicinanze di Varsavia per gli Spirituali Esercizi in preparazione alla prossima Consacrazione Episcopale ricevo i sottoindicati venerati Suoi dispacci e mi affretto a darne ricevimento, riserbandomi le eventuali risposte in merito non appena di ritorno dagli Esercizi stessi.

N° 96435 del 24 Settembre 1919⁸⁵⁴.

N° 96436 del 24 Settembre 1919⁸⁵⁵.

N° 96437 del 25 Settembre 1919⁸⁵⁶.

N° 96438 del 27 Settembre 1919⁸⁵⁷.

N° 96802 del 24 Settembre 1919, con inserto subito recapitato⁸⁵⁸.

N° 97104 del 30 Settembre 1919, vivamente ringraziando del grazioso recapito⁸⁵⁹.

N° 97130 del 1° Ottobre 1919⁸⁶⁰.

N° 92110 del 1° Ottobre 1919, con inserto subito avviato al recapito⁸⁶¹.

Ho insieme ricevuto un plico debitamente sugellato contenente Cartelle Galiziane (Corone) ed un altro nelle stesse condizioni con Cartelle Russe (Rubli): sulle quali cartelle attenderò le istruzioni e gli ordini che l'Eminenza V.ra Rev.ma si degnierà di darmi. Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo, obl.mo servo

A. Ratti
Nunzio Apostolico

⁸⁵⁴ Cfr. N. 1161.

⁸⁵⁵ Cfr. N. 1162.

⁸⁵⁶ Cfr. N. 1165.

⁸⁵⁷ Cfr. N. 1175.

⁸⁵⁸ Cfr. N. 1163.

⁸⁵⁹ Scriptum confirmans documenta ad Congregationem pro Ecclesia Orientali missa, quod separatim non publicatur et cuius originale servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 137r (N.prot. 588).

⁸⁶⁰ Scriptum testificans taxam cancellariae pro bullis nominationis epi Romualdi Jałbrzykowski missam acceptam esse. Originale huius scripti, quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 202 f. 28r (N.prot. 589).

⁸⁶¹ Litterae comitatoriae ad gratiarum actionem sac. Stanislawo Szczęsnowicz (ex dioecesi Sej-nensi) pro obolo S. Petri missam; originale huius scripti, quod separatim non publicatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 202 f. 29r (N.prot. 590).

N. 1239.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 11 X 1919.

Rogat, ut adiunctas litteras summo pontifici tradat, in quibus gratum animum exhibet pro encolpio sibi a Sancto Patre dono dato occasione proxime futurae consecrationis episcopalis suae, cuius terminus ad diem 28 Octobris statutus est.

Autogr.: AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3, f. 94r-96r N.prot. 592 (N° 98383).

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 88r-89r.

Facsimile: Storti, p. 144-146.

Eminenza,

La prego di voler mettere ai piedi del Santo Padre l'inserta mia⁸⁶² nella quale Gli umilio l'espressione commossa della mia riconoscenza per la splendida croce che Egli si è degnato regalarmi per la Consacrazione Episcopale, definitivamente fissata al 28 del corrente mese.

In momenti così santi e solenni della mia vita non posso non pensare a tutto quello che a Lei pure, Eminenza V.ra Rev.ma, io devo dopo che a Dio ed all'Augusto Vicario Suo ed a Lei pure presento tutti i miei ringraziamenti e l'assicurazione di perenne riconoscenza, raccomandandomi alle Sue orazioni. Con ogni ossequio bacio la Sacra Porpora e mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo, obl.mo servo

A. Ratti
 Nunzio Apostolico

Annexum:

Achilles Ratti
 Benedicto XV, summo pontifici

Varsaviae, 10 X 1919.

Beatissimo Padre,

Non ho mai sentito tanto intimamente che vi sono argomenti i quali e costringono a parlare e mettono nella impossibilità di parlare convenientemente.

⁸⁶² Vide infra annexum.

E' la situazione in cui mi mette il magnifico regalo che la Santità V.ra si è degnata farmi tenere per la prossima mia Consacrazione Episcopale. Altamente prezioso per la nobiltà delle materie, splendidamente bello pel magistero dell'arte, immensamente a me più prezioso e più bello per la Mano Augusta che me lo dona e per la Paterna bontà e benevolenza che ancora una volta e più luminosamente in esso mi si rivela e riafferma, in un momento così solenne e così santo della mia vita, momento da quella stessa Bontà e Benevolenza preparatomi; io sento bene il dovere ed il bisogno di ringraziare, ma sento pure che non troverò mai per quanto io cerchi le parole convenienti; onde supplico la Santità V.ra di volermi benignamente leggere nel cuore quella riconoscenza che vi palpita e che nessuna parola varrebbe ad esprimere.

So, Beatissimo Padre, di dover di nuovo ringraziare (come faccio di tutto cuore) per la veramente Paterna carità che accolse la preghiera di un'umile creatura, la quale, unicamente consigliata da momentaneo smarrimento e fatta audace dal timore, a quella carità si rivolgeva fidente.

E non posso chiudere i miei ringraziamenti senza aggiungere una nuova preghiera: che, in questa prossimità della Consacrazione Episcopale e più ancora nel giorno dei Santi Apostoli Simone e Giuda ad essa destinato, la Santità V.ra si degni raccomandarmi a Dio e concedermi una speciale Apostolica Benedizione.

Dei quali favori pure ringraziando, prostrato al bacio della S. P. mi professo della Santità V.ra umil.mo, dev.mo, obl.mo figlio e servo in Gesù Cristo

Achille Ratti

N. 1240.

Achilles Ratti

card. Caietano De Lai, secretario S. Congregationis Consistorialis

Varsaviae, 11 X 1919.

Explicans dubia ad nominationem sac. Stanislai Łukomski ad munus epi auxiliaris metropolitae Gnesnensis-Posnaniensis, aepi Edmundi Dalbor, significat notitias de candidato a se collectas bonas esse et indicare Stanislau Łukomski bonum episcopum esse futurum.

Eminenza,

Secondo le speranze ed i propositi che esprimevo nella ossequiosa mia del 24 settembre 1919, n. 449⁸⁶³, in risposta alla venerata sua del 4 settembre 1919, n. 684/19⁸⁶⁴, ed in conformità a questa ultima ho e interrogato sua Eccellenza l'Arcivescovo di Gnesen-Posen Mons. Dalbor⁸⁶⁵ ed assunte informazioni circa la persona del Canonico Łukomski, dall'Arcivescovo stesso proposto come suo Ausiliare col benigno beneplacito del Santo Padre. Dico proposto, perché ho potuto accertarmi che non altro che una proposta e una domanda intendeva l'Arcivescovo di presentare. Quanto alle informazioni ed alle notizie sulla persona del proposto, come sono ottime quelle che l'Arcivescovo mi attestava e mi diceva d'avere unito alla sua proposta, così ottime e pienamente conformi sono quelle che ho avute da fonte ottima e pienamente informata sia della persona che dell'ambiente, così al promesso giudizio mio (poiché l'Eminenza V.ra Rev.ma si degna richiedermelo) alla persona stessa può bene essere affidato l'ufficio di Ausiliare.

Sempre a' suoi venerati ordini e baciando con ogni ossequio la Sacra Porpora, mi professo dell'Eminenza V.ra Rev.ma umil.mo, dev.mo per servirla

Achille Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1241.

Achilles Ratti
card. Petro Gasparri

Varsaviae, 11 X 1919.

Edocet eum, quae hactenus de liberando e custodia Moscovitica aepo Eduardo de Ropp fecerit, et refert de salutatione ac visitatione Capitis Status, Iosephi Piłsudski, in qua intercessit pro liberandis sacerdotibus Graecocatholicis relegatis, necnon de relationibus auctoritatum publicarum erga epos Georgium Matulewicz et Antonium Karaś. Praeterea nuntiat se cum Iosepho Piłsudski diem consecrationis suae episcopalis iam statuisse, ad quam idem Caput Status coram venire promiserit.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 194 f. 321r-322r N.prot. 594.

⁸⁶³ Cfr. N. 1155.

⁸⁶⁴ Cfr. N. 1087.

⁸⁶⁵ Cfr. N. 1143.

Eminenza,

Ho il piacere di riferire all'Eminenza V.ra Rev.ma che la sua Nota in favore di Mons. Ropp è venuta in buon punto, quando sul confine russo stavano per avviarsi trattative fra la Croce Rossa Polacca e la Croce Rossa Internazionale che cerca di fare il suo meglio in Russia per lo scambio dei prigionieri internati ostaggi. Le Croci Rosse non sono a quanto pare che interposte persone tra governi che non fanno diretti rapporti se non ostili. Le trattative devono essere cominciate ieri e so di fonte sincerissima che quelle per la liberazione di Mons. Ropp furono mosse da questo governo in prima linea con le più calde raccomandazioni. Io non ho mancato di mettere la cosa a cuore a qualche membro della Delegazione da qui inviata⁸⁶⁶. Intanto profittando di buona occasione scrivo una parola di conforto a Mons. De Ropp⁸⁶⁷, come ho già fatto a Mons. Cieplak⁸⁶⁸, felice e onorato di avere interpretato la mente ed il cuore di Sua Santità e della Eminenza V.ra Rev.ma. Spero aver presto buone notizie a comunicare.

Ho chiesto e subito avuto, il giorno 8 corrente, udienza al Capo dello Stato sig. Piłsudski, per partecipargli, come mi pareva dovere, la prossima mia Consacrazione Episcopale, procurandomi così anche l'occasione di interessarlo personalmente in favore dei greco-ruteni della Galizia e dei loro Vescovi, come anche in favore di Mons. Karaś di Sejny e Mons. Matulewicz di Vilno. Il sig. Presidente mi accolse con estrema cordialità non mai venuta meno durante più che un'ora di conversazione, alla quale non mancarono le espressioni del più vivo interessamento e del più profondo ossequio verso l'Augusto Pontefice e verso l'Eminenza V.ra Rev.ma, con l'onorevole incarico di farmene interprete. Il sig. Piłsudski espresse subito la decisa volontà di intervenire al solenne rito della Consacrazione Episcopale; e com'egli s'era già promesso a Poznań pel giorno 26 corrente, così Consacrazione venne definitivamente fissata al 28 con molta soddisfazione sua e riconoscenza mia.

E tutta quanta la conversazione del Capo dello Stato mi ha lasciato la migliore impressione e liete speranze. E' innanzi tutto, così parmi, un uomo molto abile e che sa e sente quello che gli giova; ma mi pare anche che abbia il giusto senso di ciò che veramente giova al paese ed anche un fondo buono sul quale hanno ancora buona presa e la prima cristiana educazione e le tradizioni e gli usi religiosi dell'ambiente.

Accolse egli molto bene e con molta deferenza le mie raccomandazioni, mostrandosi anche di essersi già interessato degli oggetti, o meglio delle persone sopra indicate, spontaneamente dicendomi che gli sembrava la situazione di Mons. Matulewicz esser già alquanto migliorata e dandomi chiaramente a vedere che già erano giunte a lui bene accolte e secondate le racco-

⁸⁶⁶ Cfr. N. 1213.

⁸⁶⁷ Cfr. N. 1242.

⁸⁶⁸ Cfr. N. 1215.

mandazioni da me fatte al Vice ministro degli Esteri⁸⁶⁹ di porre in freno alla campagna di stampa e alle agitazioni di torbido scionismo contro i Vescovi e di porre pronto rimedio a vere sconvenienze avveratesi nel Seminario greco-ruteno di Leopoli. Anche di questi propositi spero di aver presto e più ampie e più liete notizie da comunicare.

Già intanto posso assicurare che in Galizia le cose vanno molto meglio; restituiti i Basiliani alle loro case, restituita loro la tipografia come avevo chiesto al Ministero della Guerra⁸⁷⁰.

Anche in Alta Slesia mi pare che l'orizzonte sia alquanto schiarito, per quanto sempre procelloso. Ha fatto qui ottima impressione in tutti i circoli e prima nella stampa lo spunto dell'Unità Cattolica 8-9 settembre che mi sono affrettato di trasmettere a questo governo⁸⁷¹.

Con ogni ossequio ecc.

Achille Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1242.

Achilles Ratti
Eduardo de Ropp, aepe Mohiloviensi

Varsaviae, 11 X 1919.

Promittit se non solum nomine suo, sed etiam nomine Beatissimi Patris et card. secretarii status ad eum scribere, orationes in eius intentione pollicetur et addit sortem suam sibi vivae curae esse. Subiungit summum pontificem benedictionem suam apostolicam ei transmittere. Nuntiat insuper de eis, quae ad eius liberationem hucusque facta sunt. Orationem eius expetens, diem consecrationis suae episcopalis indicat.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 204 f. 25r-v N.prot. 595.

Excellence,

Je saisis bien volontiers une occasion qu'on m'assure bonne et sûre, pour venir vous présenter mes hommages et vous dire combien ma pensée et mon coeur est avec vous. Je m'honore et je suis heureux de venir de la part aussi

⁸⁶⁹ Cfr. N. 1140 et N. 1141.

⁸⁷⁰ Cfr. N. 1028, N. 1133 et N. 1189.

⁸⁷¹ Cfr. N. 1150 et N. 1171.

du Saint Père et du Cardinal Secrétaire⁸⁷². Ils me mandent de vous écrire, de tenter de vous faire parvenir un mot de consolation qui vous dise que le Saint Père est avec vous et partage avec vous votre tribulation si grande et si vaillamment et généreusement supportée comme je L'en ai fidèlement renseigné, ce ne serait que par l'envoi de vos lettres jusqu'aux dernières que vous venez de m'adresser de Moscou⁸⁷³. Le Saint Père prie pour vous; Il vous envoie une bénédiction toute particulière; il fait tout son possible pour votre délivrance. Il vient d'en intéresser avec particulière recommandation le Gouvernement Polonais; comme je viens d'en prier directement Monsieur Cziczerin, en lui assurant toute la reconnaissance du Saint-Siège⁸⁷⁴. Il m'a répondu avec une obligeance qui fait bien espérer; des tractatives sont en cours; Que le bon Dieu nous aide; qu'il nous vous donne. Je voudrais bien venir vous prendre avec moi où rester à votre place si nécessaire.

Le 28 courant aura lieu dans cette Cathédrale de Varsovie ma Consécration Episcopale: veuillez (je m'en recommande bien à votre charité) prier pour moi. Vos prières qui montent au bon Dieu du fond d'une telle tribulation sont particulièrement chères au Coeur divin et particulièrement puissantes: ainsi j'y compte tout particulièrement aussi.

Excusez, pardonnez le griffonnage: c'est à fin de ne pas manquer l'occasion. Mes hommages et tous mes souhaits à vous pour votre onomastique, votre bien à vous

A. Ratti
Nonce Apostolique

N. 1243.

Achilles Ratti
Alexandro Kakowski, aepo Varsaviensi

Varsaviae, 11 X 1919.

Rogat aepum Varsaviensem, ut consecratoris eius munere fungi possit et pro omnibus bonis, quae in commoratione sua Varsaviae ab illo expertus est, gratias agit.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 470r N.prot. 599.

⁸⁷² Cfr. N. 1165.

⁸⁷³ Cfr. ANP LVII/5, N. 966, p. 371-373.

⁸⁷⁴ Cfr. N. 1116 et N. 1131.

Eccellenza Rev.ma,

Avevo riservato al momento della mia partenza per i Santi Spirituali esercizi di rivolgermi alla bontà sua con l'invito, la preghiera di volermi essere consecratore, il giorno 28 corrente nella sua chiesa Metropolitana, poiché è piaciuto alla divina Misericordia ed alla indulgente bontà del Santo Padre di chiamarmi, tuttoché indegnissimo, alla dignità ed alla grazia dell'ordine Episcopale. Dopo le onorevoli prevenzioni ed offerte della Eccellenza V.ra Rev.ma il mio invito e la mia preghiera già devono assumere il tono e la forma di un ringraziamento, che il mio cuore con sentimento di vera riconoscenza estende a tutte quante le cortesie, a tutte le prove di amico e fraterno affetto da Lei prodigatemi in tutti questi mesi di mia dimora in Varsavia e che sono ad un tempo prove luminose della di Lei devozione al Santo Padre⁸⁷⁵.

Mi raccomando più che mai alle Sue preghiere e mi professo dell'Eccellenza V.ra Rev.ma dev.mo, obl.mo

Achille Ratti
Nunzio Apostolico

N. 1244.

Achilles Ratti
Mariano Iosepho Ryx, epo Sandomiriensi

Varsaviae, 11 X 1919.

Testatur se litteras eius de negotio agitatoris Michaelis Fortuna accepisse et existimat epum Sandomiriensem recte fecisse, cum etiam ab auctoritatibus civilibus contra eum auxilium petiverit, propterea quod actio eiusdem agitatoris non solum contra religionem et Ecclesiam directa sit, sed etiam quietem et tranquillitatem publicam minuetur. Proponit, ut damnosae eius actioni opponatur per propagationem inter fideles textuum "conferentiarum" contra heterodoxiam scriptarum.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 92r N.prot. 601.

⁸⁷⁵ Cfr. N. 1266.

Excellentissime Domine,

Relationem tuam ad me datam die 22 Septembris 1919 de facinoribus famigerati Fortuna accepi et accurate legi prout omnia, quae Excellentia Tua ad me scribit⁸⁷⁶. Sane dolendum est tales seminatores errorum et turbarum in tam in Religionem et Ecclesiam, quam in ipsam civilem societatem et Statum Reipublicae exstare et libere circumire, iustissimeque factum existimo, quod ad Praesidem Ministerii Status recursum habueris. Nunc audio hominem illum post brevem detentionem et subsecutam liberationem iterum detineri ceu perturbatorem ordinis publici et spero verum esse.

Ceterum non video, quid aliud directe contra eum fieri possit; at certe iuvabit plebes tum impressibus iisdemque facilibus dictaminibus tum popularibus "conferentiis" contra errores et suggestiones talium pseudoprophetarum illuminare et praemunire, quod a presbyteris tuis Excellentia Tua suadente factum esse scio, de qua re summopere gratulor.

Obsequia mea Tibi exhibeo meque actionibus tuis commendo

Achilles Ratti
Nuncius Apostolicus

P.S.

Super negotia, de quibus non consuluisti elapso mense ad finem vertente, habebit brevi Excellentia Tua responsa angustia temporis et rerum copia necessario dilata.

N. 1245.

**Ignatius Dub-Dubowski, epus Luceoriensis-Zytomeriensis
Achilli Ratti**

Varsaviae, ^(a-11 X 1919-a).

Post visitationem pastoralem in territoriis nunc ad Poloniam pertinentibus affirmat cives Polonos Ecclesiae et Sedi Apostolicae fideles mansisse, principiis et normis ex Russia penetrantibus vehementer oppugnantes. Petit, ut nuntius de hac re Beatissimum Patrem certiore faciat.

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 95r N.prot. 630.

⁸⁷⁶ Cfr. N. 1148.

Suae Excellentiae Archiepiscopo Ratti Nuntio Apostolico.

Durante visitatione mea pastorali in hac parte dioeceseos meae Luco-riensis et Żytomiriensis, quae nuperrime Poloniae adnexa est, magno cum gaudio ubique personaliter observavi, Polonos ut semper et nunc vere religiosos esse et quamvis spiritus revolutionis proveniens ex Russia multum favet principiis contrariis doctrinae christianae, quae tendunt ad destruendam veram religionem, Polonos tamen fidei et Ecclesiae sincere additos esse. Executores et functionarii potestatis civilis et militaris gubernii operam dant, ut visitatio pastoralis uti festum ecclesiasticum et nationale cum tota solemnitate externa evadat. Quam ob rem humillime precor, ut Excellentia V.ra hos pios sensus fidelium erga Ecclesiam et Sanctam Sedem Beatissimo Patri communicare dignetur. Felici hac occasione Excellentiam V.ram ex toto corde saluto et cum tota mea dioecesi sacris orationibus enixe me commendo,

^{(b-add.mus servus}
Ignatius, epus^{-b)}

a-a) *Adscriptum manu Achillis Ratti.*

b-b) *Manu propria.*

N. 1246.

**Adalbertus Owczarek, epus auxiliaris Vladislaviensis
Achilli Ratti**

Vladislaviae, 11 X 1919.

Rogat, ut paroecia in Pabianice Congregationi Sacerdotum Missionarium S. Vincentii a Paulo adiungatur. Notum facit eandem paroeciam a fidelibus protestantibus circumdari et prope oppidum Łódź, omnium Poloniae oppidorum maximo officinarum numero circumdatum, sitam.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 113r N.prot. 638.

Excellentissimo D.no, Nuntio Apostolico,

Singulares circumstantiae, in quibus parochia Beatae Mariae Virginis in Pabianice, quae praesertim opificibus inter protestantes viventibus constat et est proxime sita ad urbem Łódź, quoad industriam, in Polonia prin-

cipem, expostulare videbantur, ut illa congregationi religiosorum committeretur quatenus ea ratione efficacius ac stabiliore modo suo bono spirituali provideatur.

Quapropter ad mentem can. 1452 par. 2 Ordinario consentiente humillime rogo Excellentissimam D.nem Tuam, ut parochia dicta pleno ac perpetuo iure Congregationi Missionariorum S. Vincentii incorporetur⁸⁷⁷.

(^a-Humillimus servus
† Adalbertus Owczarek
epus Auxiliaris^a)

^{a-a}) *Manu propria.*

N. 1247.

Antonius Karaś, epus Sejnensis
Achilli Ratti

Sejny, 11 X 1919.

Consecrationem episcopalem ei gratulatur et nuntiat se iam ad dioecesis partem septentrionalem se praeparare. Significat praeterea se promptum esse omnia exsequi, quae sibi a nuntio mandata sint, scire enim eum amplissimas facultates habere. Sibi quidem ignotas esse causas talium nuntii erga se actionum, sed arbitrari in proxima sua Varsaviae commoratione eas melius cognoscere. Subiungit Polonos Sejnenses iam unum animarum pastorem possidere, alterum autem ad novos ordines sacerdotales exspectandum esse. Nuntiat bibliothecam et archivum dioeceseos iam opportune tuta esse, thesaurum autem cathedralem nulla cautione opus habere, propterea quod vacuus sit.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 116r-117r N.prot. 191.

Excellentissime Domine,

Optima mea vota Excellentiae Tuae transmittito occasione Consecrationis Episcopalis et abundantiam supernorum donorum ex intimo corde a Deo adprecor.

⁸⁷⁷ Exemplar (ms.) decreti incorporationis 16 X 1919 dati, N.prot. 639, quod separatim non divulgatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 114r.

Ad arripiendum iter in septentrionalem partem dioecesis necessariae praeparationes iam a me sunt factae et nunc ab auctoritatibus militaribus expecto litteras passus, sine quibus non licet transire lineam occupationis. De huiusmodi litteris praedictae auctoritates interrogatae interim nihil responderunt relinquendo sibi aliquod tempus ad deliberandum. In omnibus, quae Excellentia Tua mihi communicavit, voluntatem Sanctae Sedis conspicio eiusque mandatis obtemperare omnino sum paratus. Notae enim sunt mihi tum Sanctissimi Patris litterae, in quibus de Excellentia Tua inter cetera habetur: "qui personam nostram gerit", tum amplissimae facultates, quas Excellentia Tua habet. Quamvis nunc ignotae mihi sint causae, quibus Excellentia Tua movetur, spero tamen fore, ut cognoscam postea, quamprimum mihi licebit Varsaviam venire et Excellentiam Tuam videre. In prioribus meis litteris obiter tantum feci mentionem Sanctae Sedis⁸⁷⁸, quia scribendo de aliis rebus ad Eminentissimum Cardinalem Suae Sanctitatis Secretarium, etiam de transitu meo in alienum locum certiore eum reddere necessarium duxi.

Ecclesia Sejnensis iam habet vicarium Polonum Rev.mum D.num Włostowski⁸⁷⁹. Alter fortasse post aliquod tempus advocari poterit, quando aliquis ex diaconis presbyteratus ordinem susceperit. Ceterum et anno elapso Sejnensis unus talis presbyter Polonus tantum fuit, nempe Rev.mus Jałbrzykowski, qui postquam in Radziłowo prope Łomżam transierat, ad episcopatum fuit promotus. Propter penuriam sacerdotum eorum numerus tempore belli fere in omnibus paroeciis necessario restringi debuit.

Bibliothecae Seminarii et Archivo Dioecetano sigilla auctoritatum politicarum et Capituli Cathedralis applicanda curavi. Sejnensis simplex ecclesia parochialis ad dignitatem cathedralis ecclesiae fuit elevata, proinde thesaurus cathedralis ecclesiae est exiguus. Calices, patenae, ostensoria, pyxides non sunt magni pretii et praeterea sunt in quotidiano usu. Poterunt sane 3-4 calices, cum patenis, ostensorium et adhuc aliquae res separari, claudi et sigillis appositis eximi ex usu quotidiano.

Omnia qua par est reverentia permaneo, humilis in Christo servus

Antonius, epus Sejnensis

N. 1248.

**Iosephus Sebastianus Pelczar, epus Premisliensis ritus Latini
Achilli Ratti**

Premisliae, 12 X 1919.

⁸⁷⁸ Cfr. N. 1214.

⁸⁷⁹ Sac. Laurentius Włostowski (1849-1936), ordinem presbyteratus accepit a. 1873. A. 1920 [?]-1936 parochus paroeciae Jaminy in decanatu Augustoviensi.

Cum gaudio gratias agit pro invitatione ad consecrationem episcopalem et promittit se postridie sacrificium Missae pro nuntio oblaturum esse, benedictionem et gratias Dei pro eo expetentem. Scribit se summopere honorificatum esse functione conconsecratoris sibi commissa, et pollicetur Deo dante die 28 X se Varsaviae ad explenda eiusmodi mandata promptum fore.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 471r (N.prot. 648).

Excellentissime Domine,

Pro perhumanis litteris Excellentiae Vestrae gratias agens⁸⁸⁰, gaudium meum haud exiguum exprimendum censeo, quod Excellentissimus Dominus, quem de Ecclesia et de Polonia rediviva tantopere promeritum omnes Poloni et inprimis omnes Episcopi Poloniae intimo amore summaque veneratione prosequuntur, brevi tempore Consecrationem Episcopalem consequetur. Statim crastina die Missae Sacrificium hac intentione offeram, ut Deus Optimus Tibi, Excellentissimo Domino, plenitudinem gratiarum suaequae benedictionis largitatem tribuere dignetur.

Insignum honorem, quo Excellentia Vestra me ratione aetatis meae condecorat, ut munere conconsecratoris fungar, grato animo accepto et si Deus dederit, die 28 Octobris Varsaviae ad omnia obsequia paratus comparebo⁸⁸¹.

⁸⁸⁰ Cfr. N. 1221.

⁸⁸¹ Ad invitationes nuntii fere omnes episcopi responderunt, optima vota et gratulationes adiungentes. Tales epistulae separatim non publicantur. Originalia eiusmodi scriptorum (maximam partem autographa) servantur in AV, Arch.Nunz.Vars. 190: Ceslaus Sokołowski, epus auxil. Podlachiensis, 13 X 1919 (N.prot. 651), f. 472r-v; Adolphus Iosephus Jełowicki, epus auxil. Lublinensis, 14 X 1919 (N.prot. 663), f. 474r; Andreas Szeptycki, aepus Leopoliensis ritus Graeci, 14 X 1919 (N.prot. 664), f. 475r-v; Edmundus Dalbor, aepus Gnesnensis et Posnaniensis, 15 X 1919 (N.prot. 688), f. 484r; Romualdus Jałbrzykowski, epus auxil. Sejnensis, 16 X 1919 (N.prot. 657), f. 473r; Antonius Iulianus Nowowiejski, epus Plocensis, 17 X 1919 N° 1730 (N.prot. 672), f. 478r-v; Paulus Kubicki, epus auxil. Sandomiriensis, 18 X 1919 (N.prot. 671), f. 477r; Adolphus Szelążek, epus auxil. Plocensis, 19 X 1919 (N.prot. 687), f. 482r-483r; Michael Godlewski, epus auxil. Luceoriensis et Zytomiriensis, 20 X 1919 (N.prot. 684), f. 479r-480r; Casimirus Ruszkiewicz, aepus tit. Nacoliensis et epus auxil. Varsaviensis, 20 X 1919 (N.prot. 686), f. 481r; Marianus Iosephus Ryx, epus Sandomiriensis, 20 X 1919 (N.prot. 705), f. 496r-v; Petrus Mańkowski, epus Camenecensis, 20 X 1919 (N.prot. 706), f. 489r-v; Iosaphat Kocilovskij, epus Premisliensis ritus Graeci, 20 X 1919 N° 560/ord.P (N.prot. 734), f. 508r; Stanislaus Zdzitowiecki, epus Vladislaviensis, 21 X 1919 (N.prot. 698), f. 487r; Augustinus Łosiński, epus Kielcensis, 22 X 1919 (N.prot. 697), f. 485r; Stanislaus Gall, epus Castrensis, 22 X 1919 (N.prot. 707), f. 491r-v; Carolus Iosephus Fischer, epus auxil. Premisliensis, 22 X 1919 (N.prot. 713), f. 493r-494r; Anatolius Nowak, epus auxil. Cracoviensis, 22 X 1919 (N.prot. 714), f. 495r; Iosephus Bilczewski, aepus Leopoliensis ritus Latini, 23 X 1919 (N.prot. 731), f. 503r; Boleslaus Twardowski, epus auxil. Leopoliensis, 23 X 1919 (N.prot. 736), f. 510r; Leo Wałęga, epus Tarnoviensis, 25 X 1919 (N.prot. 732), f. 504r; Adamus Stephanus Sapieha, epus Cracoviensis, 25 X 1919 (N.prot. 727), telegramma, f. 500r; Carolus Hryniewiecki, aepus tit. Pergensis, 27 X 1919 (N.prot. 726), telegramma, f. 499r; Gulielmus Kloske, epus auxil. Gnesnensis [siné dato], acceptum 30 X 1919 (N.prot. 735), f. 509r-v; Stanislaus Sopuch SJ, praepositus Provinciae Poloniae Societatis Jesu, 26 X 1919 (N.prot. 737), f. 511r-512r. Ob infirmam valetudinem sive gravia officia pastoralia petiverunt, ut absentia eorum ignosceretur, epi-

Interea Tibi, Excellentissime Domine, omnia bona prosperaque a Deo
apprecor atque cum maxima reverentia fraternoque amore permaneo Ex-
cellentiae V.rae add.mus in Christo servus et frater

† Iosephus Sebastianus Pelczar
epus Premisliensis Latinorum

N. 1249.

**Ermenegildus Pellegrinetti, secretarius Nuntiaturae Apostolicae
Petro Tirone, praeposito provinciali Ordinis Salesiani in Polonia**

Varsaviae, 13 X 1919.

*Ad litteras provincialis respondens nuntiat nuntium suadere, ut Sale-
siani - habita ratione necessitatum spiritualium ipsorum fidelium et petiti-
onis epi Vilmensis - centrum pastorale in loco Rózanystok situm assumpsisse.
Necessarium tamen esse cum praeposito generali Ordinis Praedicatorum
consilia inire, ne in assumendo eiusmodi centro iura tertiarum personarum
detrimentum patiantur. Significat etiam nuntium semper promptum esse ad
opus Salesianum promovendum, quod "hic et nunc" necessitatibus localibus
summopere respondeat.*

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 199 f. 71r-v N.prot. 609.

Rev.mo Signore,

Mons. Nunzio ha ricevuto la lettera della Paternità V.ra Rev.ma, data da Varsavia 3 ottobre 1919, ma essendo partito per gli Esercizi Spirituali in preparazione alla Consacrazione Episcopale, né d'altra parte volendo differire la risposta circa un negozio di tanta utilità ed urgenza, ha incaricato me di significarle ciò che in questo caso giudica espediente⁸⁸².

Egli dunque consiglia ai Rev.mi PP. Salesiani di sovvenire alle necessità spirituali di Rózanystok e dintorni e di assecondare le istanze del Vescovo di Vilna, approfittando delle favorevoli congiunture sulla cui stabilità, com'Ella giustamente osserva, non si può fare alcun assegnamento per l'avvenire.

scopi: aepus Andreas Szeptycki, epus Michael Godlewski, epus Iosaphat Kocilovs'kij, epus Carolus Iosephus Fischer, aepus Iosephus Bilczewski, epus Leo Wałęga, aepus Carolus Hryniewiecki, epus Guilielmus Kloske, p. Stanislaus Sopuch SJ.

⁸⁸² Cfr. N. 1203.

Conviene però della cosa dare immediatamente avviso e notizia al Generale dei PP. Domenicani, accompagnando la lettera con una buona commendatizia e calda preghiera del Vescovo. Vostra Paternità è anche autorizzata a dire che Sua Eccellenza Mons. Nunzio Apostolico, considerata da una parte la necessità delle anime, dall'altra le favorevoli circostanze, ha incoraggiato e incoraggia l'iniziativa di Mons. Vescovo, ricordando però i diritti eventuali dei terzi, consigliando di ricorrere a questi, com'è giusto e conveniente. Mons. Nunzio finalmente dichiara di essere sempre disposto a intercedere per l'Opera Salesiana che crede hic et nunc essere la più rispondente ai bisogni.

Approfitto dell'occasione per presentarle i miei ossequi, raccomandarmi alle sue preghiere ed a quelli dei suoi buoni cooperatori e professarmi sempre suo dev.mo,

Ermenegildo Pellegrinetti, segretario

N. 1250.

**Ermenegildus Pellegrinetti, secretarius Nuntiaturae Apostolicae
Sigismundo Łoziński, epo Minscensi**

Varsaviae, 13 X 1919.

Mandante nuntio respondet episcopo res in dioecesi Minscensi post discessum bolsevicorum tantum minutas esse, ut episcopus extraordinariis facultatibus ei ad tempus belli concessis uti non possit, sed omnibus singulis casibus ad nuntium vel ad Sedem Apostolicam se convertere debeat. Nuntium tamen precibus suis morem gessisse et facultatem dispensandi in impedimentis matrimonialibus consanguinitatis quinque casibus ei concessisse. Insuper secretarius Nuntiaturae nuntiat stipendia Missarum pro Missis non celebratis ad nuntium transmitti posse et in Nuntiatura omnes numeros ordinatos "Actorum Apostolicae Sedis" episcopum accipere posse.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 94r-v N.prot. 616.

Excellence,

Son Excellence Monseigneur le Nonce Apostolique a reçu la lettre de Votre Grandeur du 30 septembre⁸⁸³, mais comme il a maintenant commencé

⁸⁸³ Cfr. N. 1191.

sa retraite en préparation à sa Consécration Episcopale, qui aura lieu le 28 de ce mois, il m'a chargé de répondre en son nom de la façon suivante.

Etant la situation changée par la libération de Mińsk, Monseigneur le Nonce déclare que les facultés extraordinaires données précisément en vue de l'occupation bolsheviste⁸⁸⁴, sont par là même terminées, et maintenant il faut recourir cas pour cas au Nonce Apostolique ou au Saint Siège.

Quant au mariage dont Votre Excellence parle, Monseigneur le Nonce donne à Votre Excellence la faculté pour ^(a-cinq cas-a) de dispenser en nom du Saint Père des empêchements de mariage ex affinitate in primo nel secundo gradu lineae collateralis. Taxa quae a nupturientibus ^(a-pro viribus-a) solvenda est poterit Excellentiam mittere ad Excellentissimum Nuntium Romam transmittendam ad S. Congregationem.

Quant aux Messes non encore célébrées, on peut envoyer l'argent à Monseigneur le Nonce par la première occasion sûre, avec l'indication du nombre des dites Messes. Le Révérend Père Alphonse n'a pas causé avec son Excellence. Pourtant Votre Excellence peut s'adresser par lettre, quand il voudra, pour les autres questions qu'on peut proposer.

Je me permets enfin d'avertir Votre Excellence que j'ai porté de Rome, comme Votre Excellence m'en avait donné la commission, la collection complète des "Acta Apostolicae Sedis" aussi bien que d'autres petites choses, qui sont maintenant à la disposition de Votre Excellence.

En baisant humblement l'anneau, je me professe avec due révérence de V.re Excellence Rev.de très dévoué

Herménégilde Pellegrinetti, secrétaire

P.S.

L'espère que l'invitation pour participer à la Consécration de Monseigneur Nonce sera déjà arrivée à Votre Excellence⁸⁸⁵.

^{a-a)} *Linea subducta signatum.*

N. 1251.

**Petrus Markiewicz, prior monasterii Paulinorum in Claro Monte
Częstochoviensi
Achilli Ratti**

E Claro Monte, 13 X 1919.

Refert de visitatione in paroecia Mstyczoviensi peracta et exitibus colloquiorum cum sac. Andrea Huszno habitorem, qui praeter promissiones prius

⁸⁸⁴ Cfr. ANP LVII/2, N. 120 et N. 168, p. 54, 197-198.

⁸⁸⁵ Cfr. N. 1221.

datas Mstyczoviam relinquere non vult, eius autem fautores minitantur se armis usuros esse, ut eundem Mstyczoviae retineant. Subiungit quoque se de omnibus ordinarium Kielcensem iam certiozem fecisse, nuntio autem in proxima sua Varsaviae commoratione accuratiorum relationem oretenus facturum esse.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 115r-v (N.prot. 649).

Excellentissime Domine!

Donec ipse personaliter veniam Varsaviam et omnia, ut opus est ore referam, festino statim post reditum meum de Mstyczów in scriptis Excellentiam V. ram de eventu itineris mei illic certiozem facere.

Celebrata missa in vicina ecclesia parochiali dominica mane veni in Mstyczów circa horam undecimam et inveni sac. Huszno in domo parochiali paratum ad viam in ecclesiam pro celebratione missae. Retinui eum explicavique illi finem itineris mei et adventus in Mstyczów, sed nihil profeci. Locutus sum et post missam eius, monstravi ei chartam eius, manu propria subscriptam, in qua protestatur, se in mense Septembri Mstyczów derelicturum, manifestavi ei curam de eo Excellentiae V. rae, volentis ei adhuc nunc manum porrigere et promittentis ei provisionem aliquam pro eo, si derelicta paroecia veniat mecum in Jasna Góra, sed et hoc in vanum. Respondit, se revera chartam suam subscripsisse, sed quasi coactum, in corde tamen habuisse spem, quod circumstantiae mutabuntur "et ego in Mstyczów manebo". Nunc igitur, addidit, non possum dare aliam responsionem, quam negativam.

Post hoc tractavi per duas horas cum populo Mstyczoviensi, sed et ille stat inconcusse pro sua sententia primaria, nempe ut sac. Huszno in Mstyczów maneat, aliter ille episcopo Kielcensi, ut ait, se subicere neque potest, nec vult.

Videns igitur, quia nihil proficiunt mea verba et conatus, reliqui eos et veni domum statimque haec verba ad Excellentiam V. ram scribo. Quando veniam Varsaviam, narrabo omnia late et quam fidelissime describam, nunc solummodo vellem unam, fundatam in observatione mea in Mstyczów, animadversionem facere, nempe: si deveniendum erit ad adiutorium brachii saecularis, tunc procedendum erit maxima cum cautela et discretione, ut effusio sanguinis evitetur, quia plebs commota est valde et, quasi praevidens recursum ad brachium saeculare, praemonet, quod nulla vis sac. Huszno de Mstyczów eripere potuerit, quia, sicuti aiebant, usque ad sanguinem pro eo statuerunt decertare.

De his omnibus, quia non potui statim heri in Kielce proficisci, statim per parochum, vicinum ad Mstyczów, Excellentissimum D.num Episcopum Kielcensem certiorum feci et cras etiam et ad Eum scribam, ut, de omnibus praemonitus, sciat, quid Ei agere oporteat⁸⁸⁶.

Manus Excellentissimi D.ni dev.me deosculans, maxima cum reverentia me subscribo Excellentiae V.rae hum.mus servus

P. Petrus Markiewicz OSP I. Er. [Ordo
Sancti Pauli Primi Eremitae]

N. 1252.

**Ermenegildus Pellegrinetti
Superiorissae et Capitulo Sororum Benedictinarum**

Varsaviae, 14 X 1919.

Ad litteras earum respondens, mandatu nuntii - exercitia spiritualia celebrantis - respondens, gaudet sorores diligenter regulam s. Benedicti observare, dolet autem, quod nonnulli monasterio earum detrimentum inferre velint, et promittit se omnia facturum esse, ut eiusmodi malo medeatur. Petit etiam, ut die consecrationis episcopalis nuntii sorores ardentes orationes pro eo ad Deum fundant.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 204 f. 28r N,prot. 625.

Excellentissimus Nuntius accepit litteras vestras datas Kowno die 19 Septembris currentis anni⁸⁸⁷ cumque nunc ad exercitia spiritualia peragenda profectus sit, mihi commendavit, ut suo nomine vobis gratias maximas agam, quod ad eum multas tantique momenti notitias de vestro monasterio miseritis, simulque gaudet, quod paratas vos dicitis regulas S. Benedicti ad maiorem Dei gloriam adamussim servare. Dolet vero, quod his miserrimis temporibus multa sint, quae quieti et bono et ordini monasterii vestro nocere possint; sed quantum possibile erit et quando possibile erit, omnia faciet, ut malis, quae deploratis, remedium afferatur et bono vestri monasterii optimo quoque modo prospiciatur.

Interea a vobis petit, ut pro eo, qui die vigesima octava huius mensis episcopalem consecrationem Varsaviae accipiet, ardentes preces ad Deum

⁸⁸⁶ Cfr. N. 1262.

⁸⁸⁷ Procul dubio hic agitur de litteris 21 VIII datis; cfr. N. 1041.

per intercessionem B. Patris Benedicti fundatis. Deus vobis omnem virtutem et pariat et benedicat et consolationem praestet⁸⁸⁸.

Et pro me etiam vestrarum orationum auxilium imploro, add. mus in Christo

Ermenegildus Pellegrinetti, secretarius

N. 1253.

Fideles paroecliae Chrzanów in dioecesi Cracoviensi Achilli Ratti

[Chrzanów, ante 14 X 1919].

Expetunt intercessionem in Consistorio Principali - Episcopali Cracoviensi, postulantes, ut parochus ipsorum, cui praeter alia obiciunt aviditatem, omnino neglectam ecclesiae reparationem et vitam bonis moribus contrariam, ex eorum paroeclia amoveatur. Ad petitionem suam confirmandam adiungunt scripta in hac causa ad Consistorium missa, quae tamen nullum attulerunt exitum⁸⁸⁹.

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 100r-11v (N.prot. 636); cum adnotatione in f. 100r: "Trattato col Vescovo di Cracovia il 14 X 1919".

N. 1254.

Stanislaus Gall, epus Castrensis Exercitus Poloni Achilli Ratti

Varsaviae, 14 X 1919.

Respondens ad obiectiones episcoporum Graeco-catholicorum affirmat ne unum quidem ex sacerdotibus Graeco-catholicis capellanum militum a se nominatum esse; ne unum quidem huius ritus sacerdotem a Curia Castrensi

⁸⁸⁸ Has litteras E. Pellegrinetti tradidit Caenam per epum Georgium Matulewicz una cum litteris comitatoris 14 X 1919 datis (N.prot. 629), informantes episcopum: "Excellentissimus Nuntius ad exercitia spiritualia Episc. Ordin. praevia Bielany profectus est et ibique usque ad vigesimam diem currentis mensis morabitur". Autographum huius scripti, quod separatim non divulgatur, servatur in Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2 B. 10 f. 29r, exemplar autem eius habetur in AV, Arch.Nunz. Vars. 204 f. 29r, textum Polonice exaratum vide *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, p. 169.

⁸⁸⁹ Secretarius Nuntiaturae, Ermenegildus Pellegrinetti litteris 15 X 1919 datis (N.prot. 637) fideles Chrzanovienses edocuit "Reverendissimum Nuntium epistolam a parochianis suis in hoc negotio, quod ei curae esset, accepisse et ei mederi cupere". Exemplar (ms.) huius scripti, quod separatim non divulgatur, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 112r.

ad id munus convocatum esse, praeter sacerdotem a Curia Episcopali ritus Graeco-catholici Premisliensis; candidatum vero a Curia Archiepiscopali ritus Graeco-catholici Leopoliensis nominationem ex parte auctoritatum militarium obtinuisse. Subiungit etiam omnia, quae ad curam pastorem in exercitu pertineant, se non sine scientia et consensu ordinariorum loci exsequi conari.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 200 f. 144r-145r N° 9190 (N.prot. 650).

Excellentissime ac Rev.me Domine, Domine,

Ad litteras Excellentiae Vestrae Rev.mae perhumaniter ad me missas die 9 Octobris a.c. N° 564⁸⁹⁰ in re cleri ritus Gr.-cath. servitio militari pro aegrotis et incarceratis Ruthenis adscripti, quae sequuntur pro responsu honori mihi duco declaranda:

1) Neminem sacerdotum rito Gr.-cath. a me usque dum nominatum esse in capellanum militare.

2) Neminem sacerdotum ritus gr.-cath. a Curia Castrensi vocatum esse ad servitium militare praeter Onufrium Orski sac. ritus Gr.-cath., de cuius praesentatione ab Excellentissimo Ordinario Premysliensi ritus Gr.-cath. ad munus capellani pro aegrotis rit. gr.-cath. in nosocomiis districtus Cracoviensis obeundum designati optime notum fuisse ut patet ex litteris officiosis decanatus militaris Cracoviensis dat die 24 V a.c. N° 1430: "Grecko-katol. Ordynariat Biskupi w Przemyślu pod L. 176/ord. z dnia 15 maja 1919 przedkłada na kapelana dla chorych obrz. gr.-kat. w szpitalach w Krakowie ks. Onufrego Orskiego, który obecnie jest na wyższych studiach teologicznych w Wiedniu (Wien, Habsburgergasse 7)". Iurisdictionem ecclesiasticam impertitam esse supra nominato sac. Onufrio Orski, a f.m. Vicarii Generalis Castrensis can. Ioanni Pajkert⁸⁹¹ me absente propter canonicam exercitus visitationem d. 8 VII 1919 a. (N° 1391) - quem puto, nomine meo gerentem non esse auctoritatem ignotam, etenim his adjungi mihi liceat, de munere Episcopi Castrensis Exercitus Poloni mihi ab Apostolica Sede concredito ac dein a me inuito, certiores factos a me fuisse Excellentissimos Ordinarios dioecesium rit. Gr.-cath. in Galicia mense Febuario a.c.

3) Transmissum Curias Episcopali Castrensi documentum sub sigillo Celsissimi Archiepiscopi Metropolitae Leopoliensis rit. Gr.-cath. indicare, sac. Ioannem Martinik rit. Gr.-cath. libere praesentatum esse in capellanum militare pro fidelibus rit.Gr.-cath. Archidioecesis Lepoliensis die 28 VII 1919 (N° 509), sed nondum a me nominatum propter varias formalitates ex parte potestatis militaris.

⁸⁹⁰ Cfr. N. 1225.

⁸⁹¹ Sac. Ioannes Pajkert, cfr. ANP LVII/5, notam 677, p. 258.

4) Notum mihi esse sac. rit. orient. Antonium Łomnicki (activi capellani exerc. Austr.-hung.) munere capellani pro incarceratis ruthenis fungi, et quidem tempore longe praecedenti diem comissi mihi officii Episcopi Castrensis.

Si quae praeter exposita facta essent, contra scitum et voluntatem meam fiunt, etenim firmum propositum meum est^{a)} omnia componere, quae rem pastoralis servitii in exercitibus nostris spectant, non invitis Excellentissimis locorum Ordinariis, sed imo Eorum sapienti et benevolo consilio adiuvaste.

Haec cum omni obsequio debitaque reverentia Excellentissimo Domino propono.

(b-Excellentiae Tuae add.mus servus-b) Episcopus Castrensis Exercitus Poloni

(b-† Stanislaus Gall-b)

a) *Calamo adscriptum.*

b-b) *Manu propria.*

N. 1255.

**Secretarius Nuntiaturae, Ermenegildus Pellegrinetti
Georgio Matulewicz, epo Vilnensi**

Varsaviae, 15 X 1919.

Ex mandato nuntii mittit querelam fidelium parociae Giedrojcie de ipsorum parcho opinionem eius hac in causa petentium et adiunctorum documentorum quam celerrimam ad Nuntiaturam remissionem.

Autogr.: Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 10 f. 76r N.prot. 635.

Min. autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 197 f. 99r.

- **Ed. Polonice:** *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, p. 169-170.

Excellentissime Domine,

Cum ad Excellentissimum D.num D.num Nuntium Apostolicum pervenit recursus⁸⁹² contra parochum parochiae Giedrojé dioecesis Vilnensis Rev.mum Słabszyński⁸⁹³, mihi committit, ut ad ea omnia, quae in causa ad

⁸⁹² Originale (dactylogr.) petitionis fidelium una cum litteris comitatorii Administrationis Custodiae Finium, 9 X 1919 datis (N° 1143), quae separatim non publicatur, servatur in: Vilnius, LCVA, F. 1674, Ap. 2, B. 7 f. 25r, 85r-92r; cfr. *Stolica Apostolska a biskup Jerzy Matulewicz*, p. 170.

⁸⁹³ Sac. Antonius Słabszyński, natus a. 1865, sacerdos ordinatus est a. 1895, a. 1925 fuit parochus parociae Twerecz in decanatu Święciany.

Eum sumpta sunt, ad Excellentiam Tuam transmittam, pro informatione et voto, quod Excellentia Tua dignabitur, cum primum poterit, simul cum hic adnexis documentis ad Nuntiaturam Varsaviam remittere.

Interea gaudeo humillima obsequia mea Excellentiae Tuae exhibere, eiusque orationibus commendare, dum Sanctum Annulum deosculatus me declaro devotum servum

Hermenegildum Pellegrinetti
Secretarium

N. 1256.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Ex colle Vaticano, 15 X 1919.

Mandat nuntio, ut moderatoribus Polonicis gratias agat, quod legationem Polonam apud Sedem Apostolicam ad ordinem legationis I classis promoverunt, quod ab eadem Sede Apostolica tamquam signum reverentiae et observantiae acceptum est.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 194 f. 294r N° 97651 (N.prot. 806).

Min. (ms.): AV, Segreteria di Stato 1919, R. 233 fasc. 3, f. 61r.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Insieme al relativo allegato ho ricevuto il rapporto di V.ra Signoria Ill.ma N° 334, in data del 7 Settembre u.s.⁸⁹⁴, ove, fra l'altre cose, Ella mi conferma la notizia, già datami telegraficamente⁸⁹⁵, che codesto Governo ha deliberato la attribuzione del rango di prima classe alla Legazione Polacca presso la Santa Sede.

Affido alla Signoria V.ra l'incarico di porgere al Governo i ringraziamenti della Santa Sede per questo atto di deferenza verso la Santa Sede medesima, e volentieri approfitto dell'incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima *etc.*

(a-P. card. Gasparri^a)

a-a) *Manu propria.*

⁸⁹⁴ Cfr. N. 1097.

⁸⁹⁵ Cfr. N. 1076.

N. 1257.

**Sac. Henricus Hilchen, moderator commentariorum "Przewodnik
Społeczny"
Achilli Ratti**

Posnaniae, 16 X 1919.

Edocens nuntium de incremento actionis catholicae socialis in Polonia, transmittit ei adiuncta aliquot exemplaria primi numeri eiusdem "Przewodnik Społeczny" et de horum commentariorum structura refert. Rogat etiam nuntium, ut in ineunda coniunctione cum actione sociali catholica in Italia se adiuvet.

Or. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 198 f. 105r-106r.

Excellence,

Au mois d'août 1918, j'ai eu l'honneur de Vous adresser un mémoire sur l'action sociale catholique en Pologne, autrefois sous la domination russe⁸⁹⁶. J'ose espérer que c'est grâce à Votre bienveillante intervention, Monseigneur, que l'action sociale catholique est devenue plus intense, surtout après la retraite des occupants.

Une assemblée des délégués épiscopaux a eu lieu ainsi qu'un cours social a été organisé surtout pour les prêtres choisis par leurs Evêques comme futurs secrétaires généraux des organisations sociales catholiques⁸⁹⁷. Une union plus étroite, une entente réciproque se sont établies entre les travaux qui n'étaient pas coordonnés jusqu'à présent. Le premier numéro d'une revue mensuelle destinée aux directeurs de nos organisations vient de paraître.

Je considère comme de mon devoir de Vous envoyer, Excellence, quelques exemplaires du premier numéro du "Przewodnik Społeczny" (Guide Social) en signe de ma profonde considération et de ma gratitude respectueuse, ainsi qu'en témoignage de notre volonté très ferme de travailler pour la gloire de Dieu et de l'Eglise catholique.

Le Guide Social se divise en quatre parties: La première comprend des questions de principe, la seconde quelques conférences rédigées de manière à être données dans une association d'ouvriers, d'ouvrières, ou de la jeu-

⁸⁹⁶ Cfr. ANP LVII/2, N. 118, p. 36-40.

⁸⁹⁷ Cfr. ANP LVII/4, N. 575, p. 138-140.

nesse, la troisième donne une revue bibliographique des publications sur la question sociale, la quatrième s'occupe des organisations déjà existantes.

J'espère, Excellence, que Vous voudrez bien devenir un Intermédiaire entre notre action et l'action sociale catholique de Votre Patrie. C'est pourquoi je Vous demande bien humblement de faire envoyer notre revue à des revues semblables qui paraissent en Italie.

Veillez agréer, Monseigneur, l'expression de mon profond respect et de ma très respectueuse considération

(a-l'abbé Henricus de Hilchen⁸⁹⁸
Rédacteur^{a)})

a-a) *Manu propria.*

N. 1258.

P. Alfonsus Jędrzejewski, OSPPE
Achilli Ratti

Vladislaviae, 19 X 1919.

Narrans de circumstantiis, quibus monasterium Claromontanum reliquerat, et deinde per aliquot annos in dioecesi Vladislaviensi et archidioecesi Mohiloviensi laboraverat, petit intercessionem apud ordinarium dioecesis Vladislaviensis, epi Stanislai Zdzitowiecki, ut sibi in monasterium redire liceat et residuum vitae apud pedes Virginis Claromontanae peragere.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 199 f. 86r-87r (N.prot. 710); annexum: cop. (ms.).

Orator ego infrascriptus, post osculum manum Ill.mae Rev.mae ac Excellentissimae Dominationis V.rae, causam meam submitto, ut sequitur: In Ordine S. Pauli Primi Eremitae, in conventu nempe Claromontano (ad Czeŝtochowam), triginta fere permaneo annos, sacerdos a quinque jam lustris. Quae Ordinem spectant functiones cunctas secundum conscientiam semper adimplebam. Isto tempore durante confessarius Apostolicus et concionator eram. Bis nominatus sum Magister novitiorum; primum ab anno 1895 usque ad 1898, iterum ab anno 1901 usqu' ad a. 1902, quo p. Rejman, prior,

⁸⁹⁸ Sac. Henricus Hilchen, cfr. ANP LVII/2, notam 102, p. 40.

patrem Justinum Weloński⁸⁹⁹, senem 72 annorum, in conventum ingredientem, omitta novitiatus exercitatione, ipsum Magistrum novitiorum creavit. Anno 1914 epus Wladislaviensis, D.nus Stanislaus Zdzitowiecki, pro conventu Fratrum Minorum in Koło instaurando, creavit me superiorem conventui et ecclesiae rectorem in loco praefato. Quod officium erat mihi a die 14^a mensis Martii usque ad diem 12^{am} mensis Novembris. Facta belli coactum me reddiderunt ad valedicendum iam dicto conventui et pepulerunt me Petropolim, ubi ego penes ecclesiam S. Catharine usqu' ad mensem Mai 1919 a. occupabar. Testimonium ex parte Praelati Płoskiewicz⁹⁰⁰, praesentibus inclusum litteris, qualificat laborem meam Petropoli peractum. Eodem anno post incarcerationem Aepi Metropolitanae Ropp vi gubernii "sovietorum" ego quoque in carcerem designatus sum. Sed cito et caute monitus fugam petii, denuque multa pericula passus vix vivres patriam obtinui mense Octobres. Cum spoliatus in conventum meum claromontanum advenissem, consexi epum Zdzitowiecki qui declaravit mihi, se iam ante adventum meum misisse Romam postulationem expellendi me ex conventu, sed eodem tempore proposuit mihi, ut Wladislaviae habitarem necnon ut ephemeridas in ista civitate in lucem editas dirigerem. Quamquam functiones supranominatae magni mihi honoris, honestalis nil desiderandus quia unum tantum desidero: ut possim tempus postremum vitae meae gerere ad pedes Deiparae Claromontanae coram qua expressi votuma dimplendi usque ad mortem obligationes non solum sacerdotiales sed etiam regulares, nam Regulam servare iuravi. Humillime peto, ut Excellentissima Dominatio V.ra dignetur diiudicare causam mei iuxta recentia decreta Beatissimi Patris quorum vigore ius mihi est manendi in conventu claromontano cuius iureiurando excepi Regulam⁹⁰¹.

Hum.mus servus
P. Alphonsus Jędrzejewski

